

Ac quod ad primum tuum postulatum pertinet, non uidetur esse dubium, quin hoc aperte decernat Paulus: Antequam uirtus fidei per I E S V M Christum mundo esset enuntiata, huius ueteribus illis tum Gracis, tum Iudeis, qui rectum ordinem uitæ secuti essent, & operibus bonis se excolauissent, ad coeleste præmium peruenire. Sed quæ sunt opera bona, id enucleatus tradendum est. Bona opera sunt, quae & ex bono initio oriuntur, & ad bonum finem pertendunt. Quicunque enim boni operis sui finem aut in laude hominum (id quod ex gentibus, qui excelsior animo esse uidebantur, cuncti ferre faciebant) aut in pecunia præmio, aut in uoluptatis, aut in opportunitatibus, & commodis uitæ degendæ ponit: is, ut illud assuequatur, quod postulat, uerum tamen fructum operis boni depredit, qui est uita æterna. Rursus si quis ipsam uitam æternam appetere, & ad eam omnibus suis consilijs, conatibusq; contendet, atque is opem tamen suo optato consequendo, auxiliumq; precaretur ab ihs, quorum illius dandæ, & concedenda non esset porestas, hoc est à falsis dijs, nœ iste quoque spe sua, & ratione tota falleretur. In ipso enim capite, & principio veritatis, errore lapsus in diuersum longe tenderet, quam sibi ipse ab initio proposuisset. Quid ergo est: ex utraque parte necesse est, ex capite uidelicet, atque ex fine non falli eum, qui sit honorem immortalitatis adepturus, & ut petat à summo, & uero Deo, & ut quod optimū est, petat uitam, scilicet æternam. Quapropter Paulus nouum hunc, & difficultatem Iudeis proponē locum, H I S inquit, per boni operis perseverantiam quarensibus uitam æternam, gloriam, & honorem, & immortalitatem largitus est Deus. Et ad Hebreos, Oportet accedentem ad Deum credere primum, quod Deus est, & fit remunerator quarensibus sibi. His ergo, qui ab uno Deo & omnipotente quæsiuerunt uitam æternam, suiq; desiderij consequendi spem in ipso illo eodem per perseverantiam in bonis operibus posuerunt, nullo unquam tempore, sive illi Græci, sive Iudei extiterunt, defuit Deus. Verum ita se res ante C H R I S T I fidem habebat, ut Iudei & Græci in capite quidem discordes essent, in fine ipso consentirent. Querabant enim uulgø non uitam æternam, non enim eam, neque gentes agnoscebant, neque Iudei in lege propositum habebant: sed fructus terræ, & uitæ commoda conseftabantur, opes, familiæ, liberos, regna, pacem, atque otium, & etiūmodi bona, quæ absunt nimirum à summo bono, intrāq; breue curriculum humana uitæ omnia conclusa sunt. In eo autem discrepabant, quod Iudei ista ipsa terrena bona ab optimo tamen authore Deo experebant, gentes ab emeritis & falsis dijs. Ex quo patet etiam alteri tua dubitationi respōsto. Non enim sine eximia, & peculiari gratia Dei, si quis ex hoc communī errore se emerget, & ad Deum uerum suæ immortalitatis spem uotumq; direxerat, poterat aut in tam præclaro consilio insistere, aut tantū præmij honore non falli. Ac quod ad Iudeos quidem attinet, plurimos eorum nouimus ab ipso Deo edictos nō solum de præsenti eius ui, & maiestate, sed de C H R I S T O futuro, ac uenturis per ipsum in hominum posteritatem Dei beneficj, multa, & magna, & mira cecinisse. De gentibus uero partim ante legem datum multis fecimus à Deo in ueritatem, & sanctitatem uocatos fuisse, ut Enoch, ut Noë, ut Melchisedech, ipsumq; imprimis Abraam, partim postquam lex fuerit tradita de ipsis Gracis, si qui uerum, & unicūm Deum libenter agnouerūt, eumq; adorando, & colendo uenerati sunt, beneficijs ab eo, quæ essent optima, petiuerunt, illius bonitat, potentiaq; confisi, credibile est illos benignitate, & clementia summi Dei, sui exitum desiderij, & honorum immortalitatis esse affectuos. Quod enim gratia fam est, & liberalitatis suæ, bonis mentibus semper occurrit Deus, & illis ostendit lumen ueritatis suæ, neque in hoc munere benignitatis, & iustitiae, suæ unquam bonitati finem, modumq; præstituit, nec in beneficj suis diligēd̄is hominem ab homine, aut Iudeum à Græco uult sibi esse eximiu. Itaq; Petrus in actis: Reuera percipio, inquit, quod non est personarum fautor Deus, sed in omni gente, qui operatur iustitiam, acceptus illi est. P R O R S U S mihi ista probantur, inquit I V L I V S, estq; mihi abs te satisfactum, sed qui restare videbatur scrupulus, huiusmodi. Quid ergo attulit fides Christi, si ante eam licebat præmium adipisci, quod sola ipsa polliceri uidetur? quoniam de hac re Paulus alio loco tractatus est, suo loco potius id abs te petam. Nunc pergam ad reliqua:

Quicunq;

Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt; & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

V I D E S' N E aequitatem diuinæ legis, & conditionis: si enim omni peccanti siue in lege, siue extra legem, iudicium nihilominus, & damnatio est constituta, necessariō omni recte facienti, siue in lege, siue extra legem, suum paratum præmium, & propoſitum est.

Non enim auditores legis iusti apud Deum, sed obſeruatores legis iustiſi cabuntur: ubi enim gentes legem non habentes natura ea quæ sunt legis agant, hi legē non habētes, sibi ipsi sunt lex. Qui ostēdunt opus legis scriptū in cordibus suis, contestante eorum conscientia, & alternis inter se ratiocinationibus accusantibus, aut etiam defendētibus in die, quādo iudicabit Deus occulta hominum secundum Euangeliū meū per I E S V M Christum.

A M P L I V S etiam firmatur ab Apostolo hæc ratio, aut enim legem habere, aut legem obſeruare iustificat apud Deum. Si tantum habere, nihil omnino tribuendum est operibus bonis, sed solum nomen generis, & nationis ualeat apud Deum, omnesq; prorsus Iudei in tuto sunt, etiam qui contra Deum, & legem peccando ueniūt; Græci uero funditus & omnino sunt perditi, quāuis probi eorum aliqui, & iusti, de Deo, & de iustitia Dei recte fenserint, factisq; quod fenserunt, id p̄ se tulerint, & uitam cum pietate, ac ratione honoris Dei causa totam direxerint, hi tamen uniuersi & frustra in optimis actionibus se exercuerunt, & fide qua spem locauerant in summo Deo, falsi, atq; decepti nihilominus intereunt, quod est à Dei ueritate & iustitia remotissimum. Sin autem legis potius obſeruatio facit iustitiam, etiā qui legem illam in tabulis non habuerunt, opera autem legis & præcepta naturæ dono, & uoluntatis proposito obſeruauerunt, hi apud Deum iusti sunt effecti. Legem enim quam in literis expressam non habebant, in cordibus suis scriptura meliore impressam habuerunt. & quoniam non est satis recte facere, nisi id etiam sponte, & recto cōſilio fiat, ideo adiicit Apolōlus, Contestante eorū conscientia, & alternis inter se ratiocinationibus accusantibus, aut etiam defendētibus. Illud enim opus uere bonum est, quod nō calu, aut tantum usu, sed quod mente recti concia, post uariarum disceptationes rationi diffinito consilio quis facit, in quo uno conflitit uirtus. Quod sequitur autem in die, quando iudicabit Deus occulta hominum, trajectio est, ad id enim retro trahitur, quod suprà dictum est, quæ enim in cordibus nunc sunt scripta, hominibus occulta sunt, donec ad illius supremi iudicij diem ueniat, quo tempore utiq; illa omnibus patebunt, & pâlam exposta erunt. Cuius quidē iudicij denunciatio in ueteri quidem lege pluribus locis notata, à Christo autem Iesu in Euangeliō clarissima significata est, qui est iudicium illud pro patre Deo exerciturus, atq; ideo dictum secundum Euangeliū meū per Iesum Christum. Porro Pauli Euangeliū idem est, quod & Chriti, sed non eodem modo, Euangelij enim autor Christus, minister Paulus. Sed & cunctorum, qui rite credunt in Christum, unum atq; idem, quod & Dei, & Pauli Euangeliū est.

Ecce tu Iudeus cognominaris, & acquiescis legi, & gloriaris in Deo, & cognoscis uoluntatem, & probas quæ meliora sunt, instructus ex lege, persuaſus es te ducem esse cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, doctorem simplicium, ut qui habeas formationē cognitionis, & ueritatis in lege. Atqui tu docens alterum, te ipsum non doces; qui prædictas non furandum, furarū: qui dicas non adulterandum, adulteras; qui abominaris idola, sacrilegium committis: Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonestas. Nomen etenim Dei propter uos uidebatur inter gentes, quemadmodum scriptum est,

E Hoc

HOC scriptum est in Esaiā dicente: Dominatores eius inique agunt, & iugiter to die nomen meum blasphematur. Ezechielis quoque est: Cum dicit dominus non propter nos ego faciam domus Israēl, sed propter nomen sanctum meum, quod polliuitis in gentibus. Verum illud urget Apostolus, non esse legi, neque scientiæ legis, sed bonis ex legis doctrina operibus confidentium. Quamobrem Iudei qui se doctores aliorum, & tanquam duces cæcorum esse arbitrabantur, tumebant̄ fastu quodam ex scientia, & cognitione legis, cum ijs quæ ipsi nullo suo labore, sed tantum lectio- ne diuinæ legis comparauerant admodum gloriarentur, sibi⁹ plurimum arrogaret, cæteros autem uellet habere subiectos sibi, & ueluti discipulos, & cum ea, quæ carte- ris præcipebant facienda, ipsi minime facerent, non modo nullam partem iustitiae ex lege confequebantur, sed insuper dedecorabant inter gentes, & legem, & authorem, ac latorem legis dominum Deum. Nam quæ ait: Qui abominariis idola, sacrilegium committis. De sacrilegio hoc sic intelligendum est, Iudei qui propter Dei honorem idola abominabantur, & in hoc certe honorem Deo uero habebant, rursus eundem Deum ex alia parte suis malefactis dehonesta detrahere illi conabârunt, quod prius concesserant, ut quem illa ueneratione, illo⁹ cultu habuerant dignū, cuius causa idola detestarentur, nunc præ suis uitis & cupiditatibus indignum rursus ducerent, cui in bonis moribus honor, & in pīs, ac sanctis operibus haberetur. Ita abominatio idolorum, pietatis illis laudem erga Deum exhibebat, Rursus autem Dei eiusdem deho- nestatio, quem alio genere criminis dedecorabant, sacrilegij eisdem notam inurebat. Sed possunt hæc uerba illo etiam modo exponi: Quod Iudei scilicet qui idola abomina- nabantur, & omnia, quæ honoris idolorum data, consecrata⁹ essent, eadem abomina- tione alpernabantur, statuebant̄ impura, & polluta esse, neq; sibi licere illa ipsa con- tingere, idem tamen hoc fas & legitimū, auaritia adducti, aut intemperantia uiolab- ant. Saepè enim nonnulli eorum partim depeculabant donaria deorum, partim ex ijs, quæ oblatæ fuerant dijs esculentis, poculentis & uescitantur. Cum autem è sacro loco in profanum auferre sacrilegium sit, ipsi contraria quadam specie ex abomina- to loco, atq; incesto in sacram surripiebant, cum fœnitiplos illarum rerum furto con- tactu⁹ polluerent, legem⁹ Dei, & præcepta illius præuaricando uiolarent, quod ipsum erat proprium Iudeis sacrilegium.

Nam circūcisio quidem prodest, si legem obserues: sin autē transgressor legis sis, circūcisio tua præputiū facta est, si ergo præputium iusta legis cu- stodiatis, non he præputium illius in circūcisione reputabitur, & iudicabit ex natura præputium legē complens, te per literam & circūcisioñem trā- gessorē legis: Non enim qui in aperto Iudeus, neq; quæ in aperto in carne est, circūcisio est: sed qui in occulto est Iudeus, & circūcisio cordis in spi- ritu, non in litera est, cuius laus non ex hominibus est, sed ex Deo.

I AM intrat magis, ut inane, irrito⁹ ostendat exteriōes ritus, & corporeas ob- seruationes legis, fiduciām super his, quæ habebant Iudei, penitus infringat, quodq; uera, & Deo accepta religionis est proprium, ritus exteriōes, & corporeas obserua- tiones legis omnia ad interiorem hominem, & ad sp̄ritum cordis reducat, in quo so- lo est ueritas. Ac circūcisioñem ostendit prodest quidem, si præcepta legis seruen- tur: si autem frangatur contrarijs operibus, & uioletur lex, nihil iam inter illiusmodi circūcisioñem, & inter præputium gentium interesse. Si enīm interfit, & carnis cir- cūcisio uim habeat iustificandi, nullum iam apud Deum uirtutis & uitri⁹, boni, & mali discrimē amplius sit, ueraq; uis diuinæ iustitiae tota euaneat necesse est. Si uero hoc suscipi non potest, illud econtrario est necessarium, ut si gentes, quæ circūcisio- nem carnis non gerunt, corde tamen circūcisa sint, explanteq; naturæ quadam bo- nitate mandata legis, illarum præputium Deo pro circūcisioñe habeatur. Nō enim qui se Iudeum proficit, præfert̄ abscessiōem præputij, ille statim Iudeus est, nec carnis circūcisio, statim circūcisio: sed qui in occulto Iudeus est, ille uere est Iudeus, hoc est, qui non in carnalibus signis, sed in mente, & uoluntate legem fert: quū uim

qui uim legis intelligit, illi⁹ obtemperat, is ludæus uere est. Item circūcisio cordis in sp̄itu non in litera, uera circūcisio est. Nam circūcisio carnis signum illius est, quæ est in corde circūcisioñis. Ac fallere quidem potest, & mentiri quæ in signo est circūcisio: illa autem cordis fallere, aut falli neutiquam potest. Ac ut aliquid de to- to hoc ritu circūcisioñis loquamur, Abraam cum per fidem, & obedientiam pro- batus Deo fuisset, gratiam⁹ eius sibi iam comparauisset, non egebat ille quidem cir- cūcisioñis signo, quo apud Deum fieret grator, sed cū circūcidii iussus est, in eo id est quæstum, ut initium signo faceret in totam posteritatem suam, quo qui successu- ri spatio temporum essent, indicium gererent generis, & prosapie Abraam, à reli- quisq; generibus distinguerentur, ut manifesta foret suo tempore benedictio gen- tium ex semine Abraæ profectura, & simul ut circūcisioñem illam signum obedien- tia patris sui Abraam erga Deum pre se ferret, cuius & ipsi in obtemperando Deo esse studierent similes, circūcisioñis in cœta facta, in sp̄itu tamen magis per illā um- bram corporis quæstia est, præfertim⁹ in populo illo, qui duris semper ceruicibus, ideoq; in membro illo potissimum facta est circūcisio, quod maxime aduersar- ium, & cotumax est rationi. Hoc signo, ut diximus, non egebat Abraam. Eius enim coram Deo humilitas, & reuerentia, & in omni parendi studio alacritas, atq; obedien- tia signum illud anteuenierat. Sed carteris exemplo esse est iussus, ut per corporeum signum posteriores moniti ad considerandam fidem, & obedientiam Abraæ, quam is habuit Deo, ac perinde ad eam imitandam se cōferrent, Igitur in populo diu terreftri, & carneo, & ad ea, quæ terræ sunt potius semper anhelanti, ualuit obseruatio, & signū circūcisioñis. Umbra enīm illis, & signa pro ueritate diu fuerunt. Itaque illis tanq; carnalibus terror legis, & poena, & sacrificia uictimarum, & acerba execratio aduer- sus eos, qui à præceptis legis deficerent, proposta est, ut adigerentur, qui sua uolu- tate nollent, quacunq; posset ratione ad cultum, & obedientiam ueri Dei, iniusti⁹ fa- cientes, quod pater eorum Abraam sponte ante fecisset. Posit⁹ uero aduenit plenitu- do temporis eius, quod omnipotēs Dei consilio ante fuerat præscriptum, & in quo fractis legis, & iustitiæ omnibus repagulis, in omne genus criminum, hominum na- tura collapsa erat, tunc tanquam adulstum iam hominem, non puerum iam, aut impu- hem amplius, sed uirum effectum, & ratione uitam, non sensu dirigere ualentem, non minis, & supplicis dominus, sed clementia, & humanitate uoluit ad se, & ad sui stu- dium, amorem⁹ reuocare. In quo multa, & magna sua potentia, & bonitatis signa ostendit. Nam quod omnino perditos reuocauit ad uitam, præsertim facilimo gene- re remedij, quod in credendo Deo per I S v M Christum consiluit, potentia illius fuit. Quod sibi rebellis, & maxime aduersarios recepit in gratiam, infinitam hoc eius declarauit bonitatem, coniunctam pari iustitiæ, & sapientiæ gloria. Sapientia, quod nullis culpis, & sceleribus à benefaciendo deductus facilem uitam ostendit ad sanita- tem redeundi, & opus carterorum prop̄ nobilissimum, quod postremum operum suorum ipsem efficerat, uitio suo corruptum, ad maiorem etiam, quām prius in- tegritatem restituit, iustitiæ, quod cogitauit, & respexit, non quid nobis, sed quid sua immensa uirtute, & benignitate esset dignum. Egit autem nobiscum, quemadmo- dum antē egerat cum patre nostro Abraam: iustus enim filij eius sumus, si fidei eius, quām si carnis reperiāmus heredes. Ita enīm ait Apostolus: Scitis, quod hi qui ex fide sunt, ij sunt filij Abraæ. Porro ita egit cum eo, ut eum euocaret, iuberetq; egredi ex domo, & gente, & cognatione sua, & in eas terras, quas ipse esset illi traditurus, migrare, pollicens semini eius illas aternas se daturum, semin⁹ ipsum & progeniem Abraæ sic multiplicaturum, ut numerari quandam non posset. Crediditq; Abraam Deo, & reputatum est illi ad iusticiam. Esi enim in patria prius degendo, & inter po- pulares, cognatosq; uiuendo, qui ad idolorum cultum deflexerant, offensam forte ali- quam in Deum contraxerat, illiusq; nomen, honoremq; uiolauerat: tamen eo ipso, quod Deo facile credit, iustus statim est effectus. Maxima enim & potissima parte iustitiæ suscepta, minores illas iniusticias facile elisit. Est autem maxima iustitia dare honorem Deo in cultu quidem etiam, & sacrificio, & uoce gestu⁹ corporis. Sed hac simulari possunt. Dare autem honorem in corde, & sp̄itu, uera est Dei omnipoten- tis ado

tis adoratio, quæ præcipue consistit in eo, si creditur illi, & pareatur, quanquam quæ credunt, qui possunt nō parere? Quod ergo egit Deus cū Abraam primo, egit idem postea nobiscum. Excituit enim nos, eduxitq; ex domo & cognatione nostra in qua ipse parum rite colebatur, hoc est ex uitis, & peccatis nostris, & à falsorum cultu deorum. Sicut scriptum est; Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupisces rex decorum tuum. Nouamq; in uitam transfluit, quam, si filii pareamus, aeternam est nobis, & immortalem traditurus. Omnia enim que tunc in corpore, & carne homo humano modo facta sunt, in spiritu, & ueritate in nobis diuinitus implentur. Nam nec terram Chanaam, quā semini Abrae in aeternum se daturū pollicitus est Deus, aeternam tamen tradidit. Sunt enim Iudei carnale semen Abrae, tandem inde depulsi, atq; eiecti, nec rursus innumerabile, ut colli stellæ, semen Abrae extitit, quod quidem in carne fuit deductum. Sed & nos filii fidei eius innumerabiles, & possesso terræ aeterna immortalis uita est. Omnis enim Dei promissio aeternitatem continens, spiritualiter intelligenda est, quoniam in solo spiritu inest aeternitas; terrena autem omnia caduca, & infatibilia sunt, & ab ipso aeternitatis iure perpetuo remota. Credimus & nos Deo per I E S V M Christum, & è uita pristina emerimus, in nouamq; fuimus traducti. Fidesq; ista nostra, & obedientia erga Deum, ad iustitiam nobis quoq; reputata est, in euangelio statum, gradumq; amicitie, & gratie apud Deum sumus proiecti, in quo fuit Abraam, antequam signum circumcisionis in exemplum futuræ posteritatis acciperet. Sed nec ipse tum circoncisione propter se egebat, neq; nos egemus. Per fidem enim C H R I S T I intellectu circoncisionis mysterio, & eo uere, ac spiritualiter suscepimus, inanis penitus, & superuacua facta est carnis circumcisione. Non enim amplius signum, pactumq; obediendi, & credendi, sed fidem ipsam, & obedientiam obtinemus. Neq; in carne opera legis, sed in spiritu ipso gerimus, qui filii Abrae sumus, non per carnem, sed per fidem, in quae ille quidem eguit circumcisione, ut gratiam Dei acquireret. Ante enim circumcisione illi & fides, & gratia Dei erat parta. Neq; rursus signo opus nobis est, quod à ceteris gentibus separaremur. Non enim genus unum, & progenies una, sed omnes undique homines ad fidem C H R I S T I iustitiam, uocatiq; sunt. Circuncidamus igitur nos corde, quæ est uera circumcisione, carnis autē umbras, & signacula repudiemus. Atq; utinam recte circuclideremus, amputatisq; omnibus terrenis curis, affectionibusq; studio, & amore raperemur ad unum Deum per I E S V M Christum dominum nostrum, qui extitit nobis huius diuinis beneficiis, gratiaq; largitor, ut cū maxime oppresi, & coopti omnibus flagitijs, criminibusq; esse, illamq; etiam iustitiam penitus amissimus, quæ in bonis operibus est sita, repente, præter spem, nec opinantes ad multo maiorem, præstantioremq; iustitiam ueniremus, ut credentes Deo, & per fidem credulitatis nostræ ipsius diuinæ iustitiae signaculo insigniti, non hanc, illam' ue uitutem, sed totum, & uniuersum, quod est uitus, idq; diuino propè modo, per Dei eiusdem gratiam asequeremur, usq; eo quidem, ut non reconciliati solū, tanquam amici, sed adorati à Deo, tanquam filii summum gradum honoris, & gloriae fuerimus adepti. Sed pergamus ad reliqua. Nam quæ ait Apostolus; Cuius laus non ex hominibus est, sed ex Deo, affirmat in omnibus prorsus spiritus ueritatem, qui simulatione nulla se metipsum obducit, sed rectus, & simplex fertur ad ipsum Deum, seseq; illi uni ostendit, & probat, neq; alium extra querat sinceritatem suæ spectatorem, aut iudicem. Caro autem contraria habet, & tota foras conuersa est, quæq; in carne signa impressa, incisa ue sunt, oculis hominum iudicantur, non approbatione summi Dei. Quod si animi motus, & appetitiones, & consilia ad humanam laudem, aut cupiditatū terrenarum expletionem foras & ipsa spectant carniam coniuncta & cum ea conflata, carneū hominem efficiunt, qui totus pendet extrinsecus ex hominum iudicio, non ex probacione Dei, & laude, atq; est cum uarium, & mutabile sit illud, ad quod se accommodat, nihil enim est opinione hominum, & popularibus studijs, neq; rursus affectu cupiditatum leuius, aut inconstantius, uarias & ipse species, ac formas subeat necesse est, ut simulare, ut mentiri, ut fallere, ut nunc hoc præferre, tum illud, continue cogatur. Qui uero in uno Deo, & unius Dei iudicio ac uoluntate fixus spiritus est, si ipse quoq; rectus,

rectus, & unusmodi, aternæq; & immutabilis compos ueritatis, semper & usque quaq; libi consentiens est, nec fallaciam ullam, aut umbram, nec item fluctum uarietatis admittit. Ex quo etiam pater ista recentior Maumethanorum lex, que ex duabus prioribus legibus Moylis, & C H R I S T I decerpit, maleq; cohærens neutrius uim, nec uirtutem imitatur, quām prae, quamq; peruersa accepit Euangelium, & à spirituali intelligentia illius auera fuerit: quæ cum à corporalibus ad spiritualia di uini ordinis fuerit processus ad humanum genus salutari doctrina imbuedundus atq; eruditendum, ipsa retro rursus à spiritu ad carnem, corpusq; redacta est. Quod si illa in corporeis hisce ratione salutis esse positam putat, quid attinuit legem nouam condere? & ab ea, quæ Iudeorum est, uel tantulum deflectere? Quanquam de ista nihil quidem mirum est, plena etenim est tota ineptiarum, & insulstatis. Quocq; minus resipiscant, qui ex ea infatuati sunt, omnem bonarum literarum, & bonorum authorum lectionem, omnia studia artium optimarum sectatoribus suis inania ducit. Itaq; fit, ut homines sua sponte carnales huius legis institutione terrei penitus fiant, nullumq; spirituale agnoscant hominis intelligenti cum Deo commercium. Tum I V L I V S: Ita se res habet, ut tu dicis, inquit. Sola enim recta est intelligentia, quæ spiritualis est, neq; ullam habere potest rationem, id quod in corpore fit, ad salutem, & uitam aeternam necessariò pertinet, nisi quatenus forte aut indicium aliquod praefereat, & uelut testimonium interioris hominis voluntatis, aut ad reprimendos carnalibus affectus ualeat, quanquam hoc posterius, si ratio ipsa per se reprimit, totum uideri potest superuacaneum. In signo autem atque indicio maior sæpe inest religio. Qualis apud nos baptismus est, qui eius esse uirtutis perhibetur, ut absq; eo ad uitam aeternam non licet aspirare. Quod & ipse testatus est C H R I S T V S, Qui crediderit, inquietus, & baptizatus fuerit, is saluus erit, perinde ac sine baptismo non queat quis saluu fieri. P L V R I M V M mi frater, inquam, nostra baptismi ratione ab illa Iudeorum circumcisione interest. Illi enim in corporeo illo signo penitus inhæbant, nihilq; ex eo intestinum, aut spirituale ex legis litera cogitabant. Nos hunc ex aqua baptismum sine spiritu sancto nos intus lauant in fructuofum esse ducimus. Necel-saria illis ad uitam, neque eam aeternam, sed mortalem, talis erat circumcisione præputij manu uidelicet facta. Quemadmodum scriptum est, Quod masculinum non circumcidetur carnem præputij sui octauo die, anima illa dispercat è genere suo, quoniam testamentum meum dissipauit. Nos nec tam præficam & aperam præceptionem habuimus, nec tantum necelisitem huius per aquam baptismi agnoscimus, ut sine eo salui esse non possumus. Sæpe enim sanguine suo, sæpe ipso per se spiritu sancto, ipsa fide in C H R I S T V M, sine aqua, & ministro baptizati ad uitam aeternam sunt euescit; sicut & ille in cruce latro, & puerorum Bethleemitarum, multorumq; præterea martyrum, aliorumq; sanctorum res, & gesta indicant. Sed quoniam de hac eadem re aliquanto post erit disputandum, pergamus modo ad ea quæ sequuntur.

Quod ergo est id plus, quod habet Iudeus? aut quæ utilitas circumcisionis? multum per omnem modum; primum quidem enim quod credita sunt illi oracula Dei.

A B I E C T A iam circumcisione, quæ maxime Iudei gentibus se anteferebant, & sine ea ad C H R I S T I fidem uenientes saluos posse esse negabant, ne insultarent ex altera parte Iudeis, & illos inciperent gentes contemnere, reuertitur ad illorum causam, famamq; defendandam, & sibi ipse opponit: si circuncisio, & ceremonia, & legitima Iudeorum nullius ad iustitiam momenti sunt, quid est, in quo gentibus Iudeus præcellat? Plurimum, inquit: Digna enim sola ea gens à Deo antehac habita est, quam ille & familiæ in sibi haberet, & quam peculiari legi instrueret, sibiq; perpetuo tanquam semen fouveret, ac conseruaret, è quo promisum patribus Iudeorum aeternæ hæreditatis mundi authorem in lucem suo tempore esset producturus. Oracula enim Dei sunt, quæcumq; ad docendum, regendum, & maximarum rerum permissionibus confirmandum populum Israëliticum ab Deo prolata sunt, quæ illi ge-

neri sunt credita , quod erat nota circuncisionis signatum, quoad pro semine genus illud fuit, fructu enim postea uniuersa salutis in omnes homines effuso, & uirtute fidei pafsim omnibus demonstrata, non amplius signo ad iustitiam, sed nec ad unius genitum distinctionem circuncisionis nota fuit opus. Sed rursus de indignitate Iudeorum:

Quid enim si infideles eorum aliqui fuerunt , num infidelitas ipsorum fidem Dei abrogabit? Absit; sed sit Deus uerax , omnis autem hominem dax, sicut scriptum est, ut iustificeris in sermonibus tuis , & uincas, cum iudicaris.

C V M opponeretur à detractoribus Iudeorum, multa quidem, & magna promisisse illis Deum, sed quoniam ipsi, quæ uicissim promiserant Deo, nempe quod eum unum Deum colerent, signumq; credendi & obediendi illi, quod in circuncisione carnis gererant, ipso opere effectuq; præstarent, atque complerent, eiq; & ducibus præpositis ab eo obtemperantes essent, legemq; & præcepta custodirent, multo maiore ex parte non seruauerant, tametq; Apostolus, quod uniuersi fere egerunt, ut aduersus Deum & legem cōtumaces essent, signumq; circuncisionis irritum haberent, oratione ipsa lenit, & mitigat, quodam eorum, non omnes infideles appellando. Cum ergo exprobaretur, quia Deo fidem ipsi non seruauerant, nec Deum quidem ipsis fidem, quam dedisset, præstitum esse, aut quæ pollicitus esset, re impleturum. Ne sit hoc, inquit Apostolus, ut fides Dei propter perfidiam hominum immunitur, imo quo nos mendaces magis, & perfidi sumus, hoc magis fides illa Dei, & ueritas eluet; sicut scriptum est, Ut iustificeris in sermonibus tuis, ut nunquam sermo tuus & Deus sit irritus, & uincas, cum iudicaris. Cum oritur disceptatio, quid ita confitas tibi, cum qui ex aduerso tibi obstrici sunt, à fide sua ipsi deficiant, nempe ideo, ut tua uincat ueritas, ut ipsa sola emineat, quæ non emineret, si tibi æqua fide ab hominibus responderetur. Vincere enim est pellere, & dejecte aduersarium, non pari cum eo marce contendere. Vincit ergo, & cminet tum maxime Dei ueritas, & iustitia, cum nobis à nostra parte neutrā illarum præstantibus, ipse ambas nihilominus inuolatas retinet, & conseruat. Atque ut est Apostolus quæstionibus densus, & circumspiciens omnia, quæ contraria dicunt possunt, sic obiecti sibi statim, id quod & à multis fuerat oppositum, & quotidie ab amatoribus mundi opponebatur, qui ex sermonibus anfam quarentibus, quo suis cupiditatibus liberius obsequerentur, uerbis tamen consequi uolebant, ut Deum nequam uiderentur offendere.

Si autem iniustitia nostra Dei iustitiam cōmendat, quid dicemus? Num iniustus Deus, cum infert iram, secundū hominem loquor. Absit. Quoniam quo pacto iudicabit Deus mundum? Si enim ueritas Dei in meo mendacio eminentior facta est in gloriam ipsius, quid amplius uelut peccator, ego iudicor; & non, ut nos insimulamur, & sic ut affirmant quidam nos dicere, quod faciemus malum, ut ueniant bona, quorum iudicium iustum est.

S I V D A E O R V M infidelitas fidem Dei magis illustrat, & mendacitatem homini illius ueritatemq; iniurias iniustiam: non ne maius est hoc bonū, quo amplificamus honorē, & gloriam summi dei iniuste agendo, q; malum istud ipsum, quod est iniuste agere: hoc alij fortasse sic sentiebant, alij noua sectæ Christianorum tanquam ita sentienti pro magno scelere obiectebant, & utrisq; occurrit Apostolus. His quidē sic sentientibus, atq; ita peruersis & reputantibus iniustiam esse iracundiam Dei, qua iniquis peccatum inferat, cum illorum iniurias eius iniustiam reddat clariorem, obuiā it hac ratione, quod si ita res se haberet, ut iniuria talibus iraferetur Deus, non posset amplius ipse mundum iudicare. Quo pacto enim iudicaret, si scelus illi pro uirtute, & uirtus pro scelere esset iudicanda? Alijs uero, qui hoc cultoribus Christi obiectebant, cum eos & in ea esse sentientia dicerent, & quod sentiebant, re ipsa efficeret, ut mala gerent, quod bona sequerentur, hoc est, ut ipsi quidem se flagitijs polluerent, quod gloriam

gloriam Dei immortalis in ueritate & iustitia ostenderent ampliorem, atque illo potissimum modo ab Deo gratiam inirent, qui hac inquam de re Christianos accusabant, & quod de illis suspicabantur, statim afflensione animi sui confirmabant, inauditosq; & indefensos sive duntaxat opinionis iudicio condemnabant, cum essent de illis, contra quos paulo supra fuerat inuectus, qui scilicet tam facile suspicantur & iudicant de altero, ait de ipsis ipsis iudicium iustum esse, ut iudicium accipiat hic pro damnatione, quemadmodū & alibi accipit, ut cum ad Timotheum scribit de uiduis junioribus, quæ ubi luxuriari coepérunt, aduersus C H R I S T U M uolunt nubere habentes iudicium, quod priorem fidem abrogauerint, id est, damnationem. Ita & horum detractorū dicit condemnationem iustum esse, quasi temere quidem isti alios iudicent, ipsi autem ab Deo cum ueritate sint iudicandi. Nam quā ait, Secundum hominem loquor, excusat temeritatem loquendi. Cum enim Deum tanquam reum iniustitiae in quoddam quasi certamen dedicat, id ab se dici affirmat humano modo. Sicut ad Galatas, cum de testamento, & firmitate testamenti, in Deo dicitur est, ait, Fratres, secundum hominem loquor, id est, humanum de testamentis exemplum ad Deum transfero.

Quid ergo? antecellimus? non omnino. Ante enim accusauimus Iudeos, & Græcos omnes sub peccato esse, quomodo scriptum est: Non est iustus, ne unus quidem, nō est intelligens, non est quærens Deum. Omnes declinauerunt, simili inutiles facti sunt. Non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum, sepulchrum patens est guttur corum, linguis suis dolose egerunt, uenenum aspidum sub labijs eorum, quorum os execratione, & amaritudine plenū est, ueloci pedes eorum ad effundendum sanguinem, Contritio & miseria in uījs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum.

HOC testimonium scripturar, quo omnes comprehendunt sub peccato dicuntur, partim ex psalmis sumptum, partim ex Esaia est, licet in libro psalmorum legatur haec à Paulo facta ex Dauidis & Esaia dictis compositio. Aduocat autem scripturam in hanc rem, ut retundat denuo Iudeos extollentes se ex honore illo, quem habuit illis Deus, quod creditis eis oracula sua. Ipsi enim sunt, qui dicunt, Quid ergo? antecellimus? Quibus respondet, non omnino, id est, non prorsus antecellitis gentibus relquiā. Nam si eas paulo ante ostendimus sub peccato esse, uos quoque scriptura in eadem culpa esse coaguit.

Nouimus autē quod quæcunq; lex loquitur eis, qui in lege sunt, loquitur, ut omne os obstruantur, & obnoxius sit omnis mundus Deo, quoniam ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro coram ipso. Per legem enim cognitio peccati. Nūc uero seorsum à lege iustitia Dei manifesta facta est testificata ab lege, & à prophetis, iustitia, inquā, Dei per fidem I E S U Christi in omnes, & super omnes credentes. Non enim est distinctio, omnes enim peccauerunt, & egēt gloria dei, ut iustificetur gratis ipsius gratia per redemtionē quæ in Christo Iesu, quem proposuit Deus placamentum per fidem in ipsius sanguine, ad demonstrationem iustitiae suæ ex remissione præteriorum peccatorū in tolerantia Dei ad demonstrationē iustitiae suæ in præsenti tempore, qualiter ipse iustus est, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu.

A L L A T O ex lege testimonio, quo omnes etiam de populo Iudaico sub peccatum subiecti arguuntur, confirmat illud de Iudeis esse dictū. Quæcunq; enim loquitur lex his, qui in lege sunt, id est, lege illa tenetur, & illi sunt subiecti, edicit, & loquitur. Legem uidelicet appellans, sicut & sāpe alibi, scripturā ueterem omnē, ut omnes, inquit,

40 os, inquit, obstruatur, & obnoxius sit totus mundus Deo. At quomodo omne os, si tantum lex Iudaeis loquitur? Quia de gentibus satis supra est demonstratum, eas esse cum prima statim professione, qua fallos deos, & mentitam religionem consecrantur, tum omnium peccatorum, ac uitiorum colluvione ab Deo alienas. Atque illarum quidem facilis, & perficua fuit accusatio, Iudei uero qui se populum electum, gentem sanctam, genus mundum esse existimabat, qui reliquos omnes præ se & præ lege sua, ueluti pollutos, contaminatosq; despiciebant, non Apostoli uerbis, sed legis testimonia redarguendi fuerunt. Ita Iudei, Græcisq; sub peccatum omnibus conclusi obnoxius est mundus Deo, ex uno illius arbitrio totus penitus dependens, siue ille iure damnare mundum uelit, siue per clementiam, & benignitatem conseruare, quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram ipso. Per legem enim cognitione peccati. Non solum nemo iustificatus est, inquit, omnes enim peccatorum cumulo obrutus ab ea ipsa lege demonstrati sunt, in quo uitium & culpa ipsorum consistit: sed ne spes quidem est, si reuertantur ad legem, & mandata legis opere compleuant, ut sic etiam possint iustificari. Non enim iustificant opera legis, quæ iam est legis imbecillitas propria, H I C I V L I V S. Locum sane difficultem & diu mihi dubitatum tetigisti, inquit, quo pacto ex operibus legis nemo iustificetur, cum uideatur si quis legem seruauerit diligenter, & decem illa mandata, quæ duabus tabulis perscripta ab Deo, uel ab angelo Dei sunt, ac populo Israëlitico per Moysen tradita, pia mente perseccutus fuerit, merito illum cum Deo in gratia futurum. Sed & paulo ante quæ dixit Apostolus, Non legis auditores apud Deum, sed eos, qui legem opere seruauerint, iustificatum iri: satis aperte mihi discere uisus est, ex operibus legis iustificatione coram Deo etiam esse. Hæc ego ita quæro, ut habeam aliquid quidem ipse, quod proferat, sed tamen ex te audire malum, quid sentias. I M O M I F R A T E R inquam, fare quæso id quod habes, audacterq; mecum communica, quando hoc imprimis fraternalis est, cogitationum quoque me tuarum sicut & mearum te participem esse, T V M I L L E: Faciam, inquit, quando ita me hortaris, & quod mihi uideatur expōnam, quod est huiusmodi, ut cum hoc propositum libi habeat Apostolus, ut inanem & vacuam uitriūm fidei C H R I S T I iam inuicta ostendat esse legem, duplīci id comparisonē efficeret. Vna, qua Iudeos cum gentibus comparat; altera, qua legem cum fidei in contentionem deducit: ac quod ad Iudeos, & gentes pertinet, cum esset nimia Iudeorum de lege gloriatio, per quam serui gentium cum essent, illis tamen se præponebant, perinde atq; ab Deo soli habiti digni, quibus ille legislator existet. Hanc eorum gloriam paulo supra infringere uoluit Apostolus, dicens, non ex eo gloriari eos oportere, quod legem haberent, sed inde potius, si legem opere seruerent: cum non lex, sed legis opera sint, quæ facient iustitiam. Quod li gentes, quæ legem non habent, opera ipsæ legis implerent, uerius ipsas tanquam adeptas uim iustitiae gloriaturas, quam Iudeos, qui non in operibus legis, sed in ipsa lege scripta ponebant suam gloriam. In quo appetit subtilius insipientis legis opera Apostolus non in illis corporeis, & carnalibus, nec in circuncisione cutis præputij, aut horum, ac illorum excultorum abstinentia (hac enim gentes, quæ legem non habebant, nullo modo nosse, nec assuequi poterant) sed in sinceritate cordis, & in spiritualibus operibus intellexisse, in quibus solis uera est legis obseruatio, quæ in illis corporeis, tanq; signis, & imaginibus, longe degenerans tamen & simulatione obnoxia reluet. Hanc enim legis, & operum ex lege spirituale obseruantiam habere etiam poterant ipsæ gentes, si unius tantu Dei uitute, & ueritate cognita cor suum ad cultum, imitationemq; illius, quoad homini fas est, conuertissent, cuius pietatis, & iustitiae caput fides nihilominus & persuasio hæc fuisset, Deum unū esse, & pie se colentibus remuneratorum existere. Ac prima quidē ista fuit inter scripturā legis, & inter opera, ab Apostolo facta comparatio, tanquā iustitiam ex operibus, quam ex legis dono apud Deum quis iustificetur. Quod iustificandi uerbum, eo enim uarie uititur Apostolus, non pro plena, & integra iustificatione hic accipitur, sed pro ea, quantam conferre, & tribuere lex potest; sicut etiam & publicanus, qui confessus suam indignitatē, discessit iustificatus domum suam, non ex uniuersa absoluta iustitia, sed ex una parte iustitiae iustificatus est,

catus est, quod se humile & peccati penitentem exhibuit Deo. Hoc autem in loco iustitia fidei, cum iustitia operum ex lege adducitur in contentionem, ut doceat id quod facere instituit, solam esse iustitiam fidei, & non legis, quæ uere, pleneq; iustificet apud summum Deum. Ita opera quidem legis, magis quam eiusdem legis professo apta erant ad iustificandum. Simpliciter uero nec ipsa apta, sed sola ex fide iustitia est, quæ coram Deo credentes iustificat. Quare cum in exortu fidei C H R I S T I Iudei etiam qui crediderant, ægrius tamen ferrent abiecti, & pro nihil haberet legem, illamq; necessariam fideliibus esse dicenter, siue simulantes quæstus, & compendijs sui causa, siue etiam uero ita existimantes, hoc loco, & alijs multis, his se opponens Apostolus legem omnino irritam, & opera legis causa esse confirmat, ea re quidem, quoniam ex operibus legis nulla est carni iustificatio, ubi satis demonstrat se de eis operibus intelligere, quæ ad carnem pertinent, & corporea sunt, quæ uidelicet dicit ex operibus legis non iustificari omnem carnem coram Deo, hoc est omnem carnem deditum, & carnis operibus fidem hominem. Etenim si posset haberet ex lege iustificatio, magis illa ex spiritualibus, quam ex eis, quæ in carne sunt, operibus expectanda sit. Caro enim coram Deo comparere omnino non potest, nedum ut posset coram eo iustificari, & qui solus prodit in Dei conspectum sp̄ritus non ex operibus carnis, sed ex suis recipit iustificationem. Commodo M I F R A T E R, inquam, omnem hanc repugnantiam, quæ non exigua esse uidebatur, ex Apostoli uerbis, cum alibi ille opera legis abiectere, alibi adsciscere uideatur, sustulisti, scripturamq; legis, minus quam opera, sed neq; opera ipsa legis præ fidei iustitia multum ualere ad iustificandum posuisti. Sed cernis ipse profecto, quam ex eisdē uerbis nauci anfam hi, qui modo exorti fidem C H R I S T I optime constitutis perturbare nititur, opera ab se se legum remoueāt, fidem solam retineant, uero tenus, unam illam magnificientes, opera despicientes, quod impune ipsi, & liberi obtinente posse peccare: tanquam fides omnibus crimini bus diluendis una satis sit, nec solum pellendo illa, & abstergendo, cum ipsa adueniat, & suscipiatur, sed postquam erit aduenierit, fueritq; suscepta, ferendo ea, ac tolerando. Atq; hæ astute admodum & calide, dum obscuram, occultamq; hominibus cordis sui sententiam, quæ se habere fidem Deo praedicant, suis facinoribus prætentunt, imponere se se ceteris arbitrantur, & eos, qui audiunt, tanti Apostoli authoritate constringere. Ipsa autem interea cum Deo spectatore cordium agunt familiarius, & dum imperitis hominibus exteris se uident, Dei intus iudicium, uoluntatemq; contemnunt. Et Apostolus quidem aperte, atq; præcise non uno loco posuit ex operibus legis non iustificari omnem carnem, sed quomodo hoc intelligendum sit, qui interpretari, atque exponere conati sunt, auxerunt potius, quam sustulerunt difficultatem. Sunt enim adducti aliqui ut distinguuerent opera legis partim in ea, quæ ad ceremonias pertinerent, partim in ea, quæ ad mores. Ac ceremonias quidem tanquam inanes ab iustificando rejacentes, mores amplectentur, perinde quia nos, qui uerum Deum colimus, & filium Dei I E S U M Christum, nihil in ceremonijs omnino momenti, & ponderis ad salutem nostram constitutamus, sicut tu mi frater paulo ante, de baptismo, & de confessione quoque, ac de ieiunio, alijscq; multis potest proponi. Alij uero non iustificari ex operibus legis quenquam ita expoluerunt, eo quod legis opera ad unguem perfecerit nemo. Quid si quis perficiat, num idcirco erit iustificatus? aut quomodo nemo illa perficit, cum etiam si quis aduersus legem aliquid commiserit, indicta habeat sacrificia, & expiationes, per quas ad legis iustitiam ei liceat reuerti? At nec qui summe obseruauerit legem, ille propterea iustificatus fuerit. Quod enim nemo ex ea posset iustificari, non est id hominis uitium, sed scripta legis, & omnino neminem legi obtemperasse, illiusq; mandata diligenter custodiisse, incredibile dictu est, cum præsertim scriptura non patuis det seruatæ legis testimonium, ut de Tobia, & de Daniele, & tribus pueris scriptum est, & in Euangeliō de eo, qui pertinet à Domino beatæ uita consilium omnia se legis mandata ab incunte ætate expleuisse, est professus. Quod item de Zacharia, & Elizabethe, & Simeone, de que ipso Ioseph est testificatum. Quare illa probabilior meo iudicio est exppositio, quam tu mi frater paulo ante strictum attigisti, idcirco coram Deo non iustificare opera legis, quia

lex nec menti, nec spiritui uim afferre imperando potest, sed tantum corpori, atque carni. Sui enim arbitrij semper est spiritus, caro autem praecepto, & praesenti poena, si imperium legis detrectet, est obnoxia. Porro autem in carne, & corpore nulla contra Deo est iustificatio. Etenim qui ita praecepta legis obseruant, ut omnem illorum cultum praesere in operibus ferant, ipsi uero intus ab Deo alieni, humanis tantum opinionibus, quae exteriora intuentur, querunt satisfacere, hi legi quidem iusti, de his enim solum, quae in aperto sunt, iudicat lex, ipsum autem penes Deum iniqui, & iniusti iure optimo habentur. Quid si dixerit quispiam, aliqui sint, qui mandatis legis custodiendi Deo potissimum placere, moremque illi gerere studeant, num hi ex legis operibus iustificati erunt? cum praeferim illa quoque in lege praeципiantur, ut unum Deum colere, nomenque eius sanctum uenerari, ipsum uero amare ex omni anima, & ex omni corde, & in proximum quoque eadem, qua erga se benevolentia affici, unicuique sit praescriptum.

H I C I V L I V S : Non video mihi frater, inquit, quid contra dici queat, atque illud quo pacto sustineri, hunc, qui ista egerit ex operibus legis non esse effectum iustum. Itaque expecto mox quid ipse dicas.

Q V I D D I C A M , inquam? Enimvero id quod neceſſe est, scilicet me his Apostoli uerbis potissimum fidem habere, praeſertim cum ille idem in alijs locis confirmet. Quemadmodum scribēs ad Galatas, inquit: Nos cognoscentes, quod non iustificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem I E S V in Christi, & nos in C H R I S T V M Iesum credidimus, ut iustitia caremus ex fide C H R I S T I, & non ex operibus legis, quoniam non iustificabitur ex operibus legis omnis caro. Et rursus, si ex lege est iustitia, C H R I S T V S frustra mortuus est. Videtur ergo nobis ex Apostoli uerbis, ne si uim quidem legis totam, quatenus scriptura loquitur & praefert, non solum operibus externis, sed intellīta etiam mentis religione erga Deum quis comprehendat, sic plene, & uere iustificatum eum esse.

E T I L L E : Mirum profecto hoc, inquit, sed explana mihi quæſo, quæ res tibi ita se habere uideatur.

A G G R E D I A R , inquam, sed te prius id monebo, cum anceps tibi locus in Paulo occurrit aliquis, quem sit difficile explanare, atque dissoluere, tu nihil in eo humile, nihil uulnus, nihil terrenum ut cōſideres, sed omnia alta, singulare, diuina, si ueros eius sensus uoles conſequi, ueluti in hoc loco, cum de iustitia, & de iustificatione mentio fit, concipiendum est in animo excelsius quiddam, quam id, quod de uiritate, & notione communis iustitiae in mentibus hominum inuitum est. Ac quod diximus nuper, cum de iustitia Dei, quæ reuelatur in Euangelio uerba faciemus, idem nunc repetimus, iustitiam non singulare genus uirtutis, sed uniuersam in Paulo sic nominari uirtutem. Quam quidem in nobis humana etiam philosophia inuenit, ut iusti illi dicantur, qui nullo profructu criminis cuiusque generis, quod legis ueritum improbatumque sit, impliciti sunt, neque quicquam omnino contra leges committunt. Sed ut tunc differuimus, & nunc de integro confirmamus, hac humana iustitia, uniuerso uidelicet genere uirtutis potest quicquam homo ex lege, & operibus legis iustificari, coram Deo autem nequam potest. Sed is potest solus, qui diuinæ iustitiae honore, atque dono ab eodem Deo fuerit illustratus. Quantum autem Deus homini, & diuinæ ratio nostræ rationi, tantum genus generi, & illa Dei iustitia huic legum, & hominum antecellit iustitia. Porro hanc suam iustitiam Deus, tum propter fidem, quæ habeatur ei, exercet ipse, & adhibet erga nos, tum etiam in ipsa fide, hoc est, in habentibus ei fidem informat, atque imprimit. Quod paulo anti dixit Apostolus, reuelari iustitiam Dei ex fide in fidem. Neque eam potest affequi iustitiam quicquam uel legis, uel hominis ullius eruditio, disciplina, instructus, nisi is per fidem C H R I S T I ad Deum se adiunxerit. Qualis autem illa Dei iustitia sit, & quo è genere censenda, ac definienda, utinam quidem plane possemus exprimere; sed tamen de ea, ut aliquid dicamus, admittendum nobis est. Non enim defunt, qui dicant perfecta quoque ad beatam uitam confila in lege ueteri expresa fuisse, eademque profructu moralia præcepta, & Iudæos, & nobis esse, nili quid nos gratia Dei per fidem magis adiuviamur. Sibi enim ipsi in lege, & suæ tantum opis, atque auxilio homines fuisse relictos, qui nunc in fide C H R I S T I diuinæ gratia dono, & illustrantur magis, & ad melius Deo obtemperandum roborantur. Quod extrellum ut uerum sit (certe

fit (certe enim paratior nobis ab Deo est gratia) non tamen nobis uidetur neque de perfectionis confilijs, neque de moralibus præceptis in lege, scripta Moysis tam facile esse concedendum. Sed quomodo in fide C H R I S T I plane iustificemur, id quod in lege non possumus, ratio nobis, quantum adiuerterit nos Deus, altior est inuestiganda, ad quam aditus primum nobis ex Apostoli uerbis sit. Qui postea quam ostendit, omnes omnino, & Græcos naturæ, & legi Iudæos preuaricatos esse, mundumque reum totum incipiunt eventu, è Dei omnipotens iudicio dependere, ne forte obijciat aliquis, & dicat, Redeat ergo ad Moysis legem mundus, illiusque mandata custodiat, & iustificabitur uniuersus: refutat istam huiusmodi oppositionem, & diserte confimat, neminem posse coram Deo non ex lege modo (hoc enim ante dixerat) sed ne ex operibus quidem legis, quod hic aperte pronunciat, iustificari: assertaque rationem dicit sui, Quoniam per legem, inquiens, cognitio est peccati. Quasi dicat, iustitiam illam, qua acquiritur ex lege, cognitionem tantum esse peccati, ad eum finem, ut peccatum uiteatur. At illa, qua ex Deo est, iustitia, num cognitio & ipsa peccati est, eiusque uitatio? Minime illa uero: Nullum enim ea cognoscit, aut saltem non animaduertit peccatum, neque in peccato uitandis, sed in omnibus præclaris, atque sublimibus rebus, actionibusque tractandis, ac suscipiendo occupata tota est. Quod totum ut uideamus cuiusmodi sit, intelligamus prius in quo Moysis lex à fide C H R I S T I differat. Quia enim utraque unum Deum proponit colendum, atque amandum, consentiunt in idem ambæ. Vbi uero lex cultum Dei & amorem hominibus proponit, ut sit hominibus ipsi præfens, & propitius, ad bona terræ acquirenda, & possiden- da Deus, in hoc statim C H R I S T I fides ab ea incipit discrepare. Fides enim sic nobis amandum Deum proponit, ut omnem ex nobis amorem terrenorum bonorum penitus ejiciamus, atque illum uniuersum in unum Deum conferamus, ut sit nobis non tam author, & donator ceterorum bonorum Deus, quam nostrum ipse bonum; neque ab eo nos profecti ad alium finem contendamus, sed in eo ipso uno, ut finis nostro insistamus. Nam si in alienis ab ipso Deo bonis, & terram redolentibus infixa sint uota, & desideria nostra, atque ita Deum nobis adsciscamus, ut ipse dator nobis, & donator illiusmodi bonorum sit, quod Moysis lex, quatenus scripta est, semper, & præcipue hominibus proponebat, quis non intelligat potiorē nobis tanquam Deum alterum illum esse, ad quem cupiditate potius anhelamus, quam eum, à quo nostræ huiusmodi cupiditatē speramus subuentum, & suppeditatum iri? Etenim finis semper præpollens, & præcipua causa omnium cauſarum est, in eamque maxime amore, & studio contendimus, ut appareat, cum Deum ita amamus, ut bona alia quædam ex eo consequamur, nos illa magis bona, quam Deum ipsum amare, & uelut Deum potiorem nobis ducere, in quem peruenire desideria nostra, quam à quo illa dirigi, & ad finem deduci uolumus. In hoc statu lex Moysis, & filii legis eius fuerunt, ut coherenter quidem, & uenerarent unum Deum, uerum idcirco coherenter, ut eos ipse in terram expectata deduceret, propriamque eis illius possessionem tradiceret, quo regno terrenarum cupiditatum in populo Israhel à lege permisso, cum homines illa suos patiatur magni astimare, diuitias, honores, imperia, expetere, procreationi operam dare, familias augere, suum ius persequi, iniurias illatas litigare, & iudicio uelutici, atque his deinde in hac tanta colluione affectionum, & cupiditate rerum earum quæ certam expetuntur, ab omnibusque ambiuntur, quasdam regulas apponat, quantum, & quo pacto, & aduersus quos agere, querere, uindicareque sit licitum, hanc legem qui adscuerint, eiusque mandata seruauerint, iusti fuerint illi quidem, sed apud homines tantum, & legi illi iusti: A pud Deum uero ipsum nullam ueræ iustitiae, quæ sola diuina est, laudem obtinebunt. Nam neque Deus ipse hoc genere iustus est, ut eadem fibi experat bona, quæ homines concupiscunt: in eis uero expetendis à uiolatione legis, & ab iniuria omni caueat. Sed est iustus Deus, omnibus diuitias bonitatis suæ distribuens, nihil ipse omnino infra se appetens, nullam à quoquam iniuriam, tanquam ipse laedatur, agnosces. Quod faciunt eodem prope modo, in eoque Deum imitan- tur, qui per fidem C H R I S T I illius exemplo imbuti, neque studio, neque cupiditate illa inhaerescunt in terrenis, sed omnem uim suam amandi ac cupiendi in Deo

ipso, ut fini, & suo unico bono constituantur. Hi enim hanc Dei iustitiam, & bonitatem æquabilem omnibus, bonum omnium expertem, omnibus opem ferentem, nemini incommodum, ne inimico quidem, aut hosti procreantem, salutarem cunctis, expertem terrena cupiditatis, aliorum maleficis suis beneficijs obruentem, haurient ipso Deo donante, & largiente ampliter, & in semetipsis accipiunt, Deoque similes effecti, quoad quidem homini fas est, humanis animorum morbis omnibus ex sece electis, deferunt imaginem in se omnipotentis Dei: neque regulas isti querunt concupiscendi, sed nihil mortale, & caducum concupiscent omnino: tantumque abest, ut alienum quid appetant, ut ipsi ultra suimet, stuarumque rerum omnium omnibus indigentibus sint liberales. Hæc nos per fidem opera iustitiae, longe disiuncta à legalibus iustitijs & secularij, & colere vult Paulus, ad Philippenenses scribens, ut sinceri, & inoffensi simus, in diem C H R I S T I, inquit, plenius fructibus iustitiae his, qui per I E S V M Christum sunt in gloriam, & laudem Dei. His talibus iustis ut Paulus idem alio loco ait, Lex non est posita, sed ipsi magis sunt lex, quorum si reliqui regerentur arbitrio, aut si similes eorum esse uellent, inutilis in totum lex, & superuacanea existeret, quæ illis tam dominatur, atque prescribit, qui vias carnales, & lubricas infistentes, à prolapsione omni propter metum supplicij debent cauere. At hac minime præclaria, neque apud Deum magni momenti uitio obtinens iustitia est ratio, ut ex ea positis uere quisquam apud ipsum iustificari. Illa præclara est, & solida, & integra, totiusque iustitiae uitio coram Deo obtinens, quæ sibi factorum, morumque suorum exempla ex Dei uirtute, atque factis iudicis est petenda. Hoc sic posito, uideamus eadem ne sint in fide C H R I S T I, quæ & in lege morum præcepta, uel ipsa morales potius actiones, quæ esti utrōque ab Deo deducuntur sunt, illæ tamen legis, ad terræ præmia conuersæ sunt, nostræ & ex Deo, & in Deo constituantur. Illæ humanam quandam iustitiam respiciunt, ut cum hominibus, & inter homines tuto, pacatique uitare liceat, & in ea tamen gratia Deo habeatur. Nostræ illius diuinæ iustitiae eminentis, & singularis exemplo, & imitatione sunt insignes. Nam ut de liberalitate nunc, & de beneficentia potissimum loquamur, exemplumque in his uitribus proponamus, num potest uideri eodem modo fore liberalis is, qui pecuniam quidem propter alias etiam causas, & propter ipsum se maxime diligat, atque conquirit, ueruntamen ita conquirit, ut necq; iniuriam propterea cuiquam ullam afferat, & apud se liberalitat quoque ex illa, & opitulationi egentium esse uelit locum, & is, qui pecuniam non alio prorsus nomine amat, nec ullum ex ea fructum alium cognoscit, quām benigne facere ceteris, & inopibus ex ea, atque egenis opitulari; magnam profectio iam oportet. Inter hæc duo liberalitatis genera interesse distantiam, nam qui ex illo priore genere fuerit liberalis, is pesderentis, & caute sibi semper primo proposcens, semper suorum commodorum postorem rationem ducens, erogabit de suis bonis pauperibus, tanquam ancipiti cura distractus, quemadmodum possit rebus suis saluis, ceterorum quoq; saluti, & necessitatibus subuenire. Noster uero nulla illiusmodi ratione sui habita, ut qui confidens Deo alias sibi opes, alias diuitias in celo paratas habet, de his terrenis opibus dunataxat id cogitabit, quo pacto per eas posuit incommodeum, & egestatem proximo suo depelle re. Deus porr̄ qui utrique & Iudæo, & fidelis in agendo opere misericordia uersatur ante oculos, quemadmodum uersatur & non ne per terrorem Iudæo, fidelis per amorem? Quod quidem sic se habere necesse est: Etenim Iudæus, qui bona terræ facit plurimi, Deumque sibi datorem illorum bonorum inuocat, & precatur, parebit Deo impetranti, & monenti, ut proximum suum ex illis bonis, cum is egurit, iuuet, & sustentet. Parebit autem ob eam causam, ne si minus illi dicto fuerit audiens, offensus, atque iratus Deus ab eis illum bonis, ad quæ ipse præcipue amore, & cupiditate labitur, abducat, & abstrahat. Qui est in lege Moysis, quatenus litera fert, propositus imprimis legem illam adscendentibus timor, ut colant unum Deum, illisque obediunt; quod diuitias terræ bona comedere, & tranquille illis eos liceat frui, Deo obtemperantes. Qui si minus obtemperauerint, tum intelligent & uereantur se & terra ipsa & fructibus terræ quibus tantopere delectentur priuatos & spoliatos ab eodem Deo fore. Nos uero fide C H R I S T I instructi, cum inopibus, & miseri subuenimus, idcirco opus misericordia

misericordia præstamus, quod confidimus illo modo summum bonum nostrum nos adepturos ipsum Deum, in quo, non in alio fini aliquo nobis proposito omnis spes nostras, & omnia defuderis figimus. Quis ergo polliunt eadem esse moralia, si neque ex eodem iustitia, & bonitatis fonte deprenduntur, neque ad eundem finem respiciunt? Sed in illis Iudaicis auaritia quædam semper commixta sit, quæ & in fini ipso spectatur: opes enim & bona terræ præcipue expedit, & in agendo, operando, confingitur, nunquam enim solutam & liberam fini progrederi misericordiam. Nobis uero & ex Deo ad operandum, faciendumque recte profectis, & in Deum semper intuentibus, neque uspiam alijs præmium actionum nostrarum constitutis, quam in eodem Deo, uirtus, & iustitia non humano modo, sed diuinitus, neque ex præceptis legis, sed ex Dei exemplo, imitationeque suscepta est: quod in una à nobis uirtute dictum, de omnibus sit eodem modo dictum. Quo etiam patet nullum perfectum consilium dari in lege, quod datur in fide. Ad terram enim tendentibus, & in terra, spe, atque amore constitutis, reputantibusque ex bonis, & fructibus terra subsidium sibi ad uitendum, & latitudinem, atque expletionem animi esse euenturam, nullum insigne consilium dari potest, quod euadat ad perfectionem. Et si posset, non ille, qui omnia legitima legis implisse se dixerat in Euangelio audisset à domino, si ueller perfectus esse, ut abiaret, uendereturque omnia, quae habebet, & distribueret pauperibus, reuersusque se sequeretur. Hæc enim perfectio & operis, & consilij in C H R I S T O solo, & in Euangelio est: ea re quidem, quod nullus est credentibus consiliorum, & operum, nisi Deus ipsem finis propositus: qui uero alios fineis, alia bona, ad quæ spe, & amore tenderent, sibi designauerunt: hi non modo ab imitatione diuinæ iustitiae longe absuerunt, sed ne ipsam quidem humanæ iustitiae ex lege ratione cumulate sunt adepti. Quod ergo dictum est, idque scriptum à Paulo, quod ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram Deo, & libere est, & simpliciter dictum, quoniam uera iustitia ex lege non acquiritur. Nihil enim ad perfectum adduxit lex, ut idem ipse pronuntiat ad Hebraeos scribens: Estque prioris mandati abrogatio facta propter imbecillitatem eius, inquit, & inutilitatem. Sed hæc de lege ueteri, ut in litera descripta est, intelliguntur. Nam si spiritualiter illam accipiamus, idem est legi illi spectatus finis, qui nobis præsens, & cognitus iam est Christus. Accipimus autem hic iustificationem non pro remissione duntaxat peccatorum, quod nonnulli interpretati sunt, sic enim esset & in lege iustificationis, in qua pro peccato offerentibus & sacrificia illa in expiationem sui facientibus identidem à Deo dimissio peccatorum proponitur. Sed hæc est iustificatio amplior quædam diuiniorque iustitia, quæ ex similitudine Dei ab eo in nos fidem illi habentes ducta, & deriuata est. Quam Paulus ut assequeretur, illam humanam ex lege iustitiam pro stercore sibi haberet confirmavit. Hæc demonstrata, & cognita in fide Christi iustitia legem ueterem Moysis antiquauit, & sustulit. Aut enim illius omnino ceremonias, tanquam umbras abiecit, aut morum, & religionis præcepta ad sublimiorem finem erigere est conata. Si tamen antiquare est explore, atque absoluere, quod rude antea erat, & tantummodo inchoatum. Hæc, inquam, iustitia ea ipsa est quam in Euangeliō C H R I S T Y S turbas, & discipulos docens, exponere erat solitus, cum ita dicebat: Niſi abundauerit uerba iustitia plus quam illa Scribarum, & Phariseorum, hoc est, plus quam illorum, qui ex lege, & ex legis operibus iustitiam sunt consecuti, non ingrediemini in regno cœlorum. Quam eandem iustitiam ipse describebat, enucleatique tradebat, in quibus lex deficeret, demonstrans: & quomodo Deum debeamus in ipsius diuinæ illæ iustitiae imitarū ubique nobis insinuans. Per legem autem quod cognitio est peccati, ad eum finem dictum est, quoniam lex populo Hebreico lata est, quæ illi esset tanquam adhuc puer & adolescenti paedagogus, illumque in unius Dei cultu cotineret, præcipiterque & doceret, quæ essent tantisper & cauenda, & fugienda, quoad tempus & opportunitas sanctioris præcepti adueniret, sicut ad Galatas scribit Paulus: Lex transgressionum causa appolita est, inquiens, quoad uenire et semen, quod fuit promissum. Porro imbecillitatis est signatim monere, & monstrare hoc, & illud deuictandum esse, & in eam quāl uiam nos deducere,

quæ omnibus periculis infesta, & oblesa difficultem ubiq; & anxiā habeat cautio-
nem. Illa uita est commoda, & longe magis nobis salutaris, quæ altiore quadam semita
nos sine sufficione, & metu ad optimum finem perducit. Proposita itaq; est in lege
peccati cognitio, uel ut illud, quoad poterat, uitareetur, ac effugeretur; uel si id minime
poterat, quemadmodum quidem non potuit, ad remedium præstantius confugere-
tur, quod est in Evangelio datu nobis, atq; oblatum, INTELLIGO, IULIVS
inquit, & nunc demum mi frater confiteor ignoratum mihi huc diu in Paulo locum,
aperiente nobis Deo, patefactum nunc plane, atq; illustratum esse: & reuera ita est,
ut ex communib; hominum sensibus, atq; ex quotidianis rerum terrenarum con-
siderationib; nequaquam possit Paulus intelligi. Sed in celum ascendendum est, &
ex diuinis illic uirtutibus, atq; consilijs huius homini uirtus, mensq; inuestiganda,
qui nō iustificationem in carnis operibus, nec iustitiam Dei in humanis uirtutibus,
sed utranc; in Deo, & ex Deo diuino in illo modo, hoc est eminenter, & supra omnię
rei creatę captum, in nobis uero per fidem C H R I S T I imitanda Dei natura, & ho-
nitate posuit, quod est maximum ipsum nobis à Deo beneficium. Itaq; lumine hoc se-
mel uerā intelligentia illato, non solum iste locus, sed tota ferè epistola, quæ ad Galas
scripta est, mihi uidetur esse declarata. ATQ; M I F R A T E R inquam,
quod & hic, & ibi confirmat Paulus, iustum ex fide uiuere, et si de eo nobis ante est
dictum: tamen dicendum aliquid etiam nunc est, ut imbecillitatem legis melius com-
prehendamus, & ea quæ passim in Paulo tanquam semina diuinarum uirtutum spar-
fa sunt, altosq; ac reconditos illius sensus percipere ualeamus. Est igitur uita quædā,
quæ illam fidei nostræ donatam ab Deo, impressamq; in nobis iustitiam profecto co-
mitatur, illi ipsi iustitiae dignitate par. Sicut enim iustitia illa ex Deo in nobis inest, sic
& uita. Et quemadmodum iustitiam ille nobis suæ bonitatis, iustitiaeq; effigiem, obli-
demq; erga nos optimæ uoluntatis, sic & uitam præbet, imaginem suæ immortalitatis.
Cumq; Dei illa iustitia, qua credentes sibi fidemq; habētes Deus ipse insignit, ita
excellat, atq; emineat, ut cum hac legis iustitiae comparata humanam istam omnem
obscure aequitatemp; eam quodammodo potius uideri cogat: si uita illa, quæ diuinæ comes est iustitiae, mortalem uitam hanc morti, quæ uita offedit cō-
iunctiorem. Etenim profecto bonus, & iustus est Deus, eosq; quos sui dedit esse imi-
tatores, non solum in uirtute, atq; in iustitia, sed in uita quoq; genere uoluit se imita-
ri, ut immortalitatem Deo similem assequentur, qui similem Deo essent eius singu-
lari beneficio iustitiam assecuti. Atque ut ipse semper uno modo beatissimus, sic in-
qui se ad eum per Christi fidem adiunxit, in hac quidem uita beati, in altera uero
essent seip̄is etiam beatores. Proinde totus iste ordo sic texitur, seriesq; deditur,
ut nos quidem fidem erga Deum afferamus, quæ quanquam ipsa diuina munere ali-
tur, & confirmatur in nobis, aliqua tamen est pars in ea nostræ uoluntatis. Deinde ista
fides Dei omnipotenti iustitiam excitat, per quam illa ut est uere bonus, non igno-
scit solum ad se accendentibus, & per fidem se illi dendentibus; sed eos eadē prop̄ ius-
titia, quæ est ipse præditus, & eodem genere bonitatis exornat. Tum autem si orna-
tos, & effectos sanctos in gratiam, in amicitiam, in cognitionem recipit, adoptatq; in
filiorum nomen, uitanq; illis beatam, & immortalem tribuit, longe abhorrentem ab
haec uita, quæ morib; & dolorib; & periculis, quæ deniq; morti, & corruptio-
ni tota addicta est. Quam quidem fragilem, ac mortalem uitam non iustitiae illius do-
num, sed tantum naturæ retinemus, iustitiaeq; ea, atque iniustis promiscue data est. Cu-
ius etiam auferendæ, aut relinquendæ lex habet potestatem, tribuendæ uero nequa-
quam. Si quis enim commiserit in legem eo genere peccati, cui poenam mortem lex
ipsa sanxerit, is lege interficitur, nec habet potestatem lex poenam illi remittendi,
peccatumq; condonandi. Nihil enim præter præscriptum, & constitutum nouare,
nec quod semel in ea sanctum est, lex commutare litera una potest. Qui uero legem
ad unguem feruauerit, nileq; in ea offenderit, quamobrem morte esse dignus censetur,
huic non noua aliqua uita donatur, sed quam ipse per se habet, ei uita illa res-
linquitur, quæ est naturæ, non iustitiae uita, ut illud tantum legis sit donare uitam,
quibus non eripiat. Quod si iustitiam illam, quam intelligimus ex iustificatione, &
quari

querimur, sua certa uita consequitur, quæ non naturæ sit, sed eius ipsius iustitiae pro
priæ, nullius autem donandæ uitæ habet lex facultatem. Igitur ne eam quidem iusti-
tiam donare lex potest, per quam uita acquiritur præstantior. Quo perspicuum fit
non esse ex lege, neque ex operibus legis iustificationem. Atque ego hoc non pla-
nius exprimere possum, quam ipsemet Paulus, ad Galatas sic inquiens: Si data esset
lex, quæ posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia; sed conclusit scriptura omnia
sibi peccatum, ut promissio ex fide I E S V Christi daretur creditibus. Quibus ex
verbis patet, quoniam uitam dare lex nobis suo, & proprio munere non potest, ne
eam quidem posse ab ea dari iustitiam, quam necessarij uita illa consequitur. P R O R=
S V S tibi assentior, I U L I V S inquit, & quoniam de quo antea sape dubitau-
ram, nunc soluto, & pacato sum animo, sati in memetipso concipiens, neminem pos-
se ex lege, neque ex operibus legis iustificari, quando altior quædam iustitia, quam
ista humana ad iustificantum queritur; quæ uni fidei donatur ab summo Deo, ut is,
qui ei credit in similitudinem, ac imitationem diuinæ iustitiae dedicatur: quoniam,
ut dico, inquit, haec iam mihi perceptra est iustificatio, locusq; difficultis, & arduus in
Paulo explanatus, peto nunc à te, ut de ipsa fide, quid ea sit, & unde tantum hono-
ris, & gratiæ apud Deum obtineat, uelis mihi explicare. Tametsi enim magnam
partem per me ipse, quid illa sit, quantumq; ualeat, intelligere mihi uideor: tamen
non ita mihi ipse satisfacio, ut spero abs te iri satisfactum. R E C T E H O C ,
inquam, mi frater exquiris, & ab hoc aditu, ac tanquam uestibulo nostræ dispu-
tationis, si dux, & monstrator nobis affuerit Deus, ad illa secreta, occultaq; uenie-
mus, in quibus positum est summum & maximum fidei C H R I S T I mysterium.
Quare eisdem Dei spiritum, openq; implorantes ab ipsa ordiamur uerbi ui. Est
enim multiplex in communib; hominum sermonibus, & in ipso quoque Paulo
uerbi huius significatio. Interdum enim fides est in dictis ueritas, & in factis inte-
gritas, cum facte nihil, nec simulare agitur, aut dicitur, ex quo usus Latini sermo-
nis ita loqui consuevit, cum quid sine dolo & fallacia factum sit, bona fide id fuisse
actum. Itemq; bona existimatio eorum qui negotiantur, fides appellatur, cum re-
cie illis res pecuniaria committi existimat, qua fide & forensia commercia, &
omnis mercatura potissimum continetur. Quod etiam latius patet in omni op-
nione integratitatis, & iustitiae, cum eum, qui muneri alicui, imperio ue præpositus
sit, fidem suam præstaturum esse confidimus, ut cunctis affectis iniuria, & ad fi-
dem illius configentibus, paratum uideatur esse in illius prudentia, aequitateq;
præsidium. In scriptura uero aliquando fides est ipsa conscientia intus dijudicans,
quid uerum sit, & quid falsum, in his quæ aguntur, & quid simulatum, ac fucatum,
quid syncerum, & simplex. Quo sensu Paulus: Quicquid ex fide non est, pecca-
tum est, inquit, ex fide idem, quod ex ueritate, & synceritate conscientia intelligens.
Nonnunquam etiam fides constantis est in præstantio, quod quis promiserit, ut
paulo suprà Paulus: Nunquid horum infidelitas fidem Dei abrogabit? hoc est, si
hi non steterunt in his, quæ Deo promiserant, num item non stabit missis suis
Deus? Sed ut hæc, & cætera fidei significata omittamus, quæ ad nos minus per-
tinent, ueniamus ad id, quod nostrum est, ut fidem intelligamus esse credulitatem,
non eam, qua faciles sumus ad credendum, sed eam, qua credimus, qua in senten-
cia, & facere fidem, & habere, & in ea fide esse uulgæ homines loquuntur, quod est
in omnibus credere, & uel persuadere alijs, uel persuasum ipsum esse. Sed nos, qui
scripturarum more loquimur, fidem C H R I S T I cum pronuntiamus, in uno hoc
fidei uerbo totum id intelligimus, quod est credere Deo, & C H R I S T O, illisq; con-
fidere. Non enim fides nostra simplex est credulitas, quanquam sedes, & fundamen-
tum fidei credere est. Sed fides in Deum plena, atque integra est, ita credere, ut con-
fidamus, hoc est, ut non minus spci insit in ea, quam credulitas. Etenim ea credi-
mus, quorum magna pars ad nos ipsos pertineat, & semper confidere, credere etiam
est. Credere uero ipsum non continuo confidere: ut cum credimus Deum esse, re-
cum id quidem est, & necessarium, & fidei debitum. Sed tamen hoc ueteres etiam
Græci, gentesq; ferè omnes crediderunt, nec uim propterea tamē fidei tenuerent.

Vbi ergo iam incipit apparere fides? cum id, quod sequitur, etiam credimus Deum fieri remuneratorem omnibus querentibus se. Hac nimur ab Deo remuneratio cum est a nobis credita, quoniam quidem pertinet ad nos, facit, ut confidere incipiamus Deo, & cum credulitate ipsa spem iunctam habeamus, si eum quæsierimus, atque cum amore, ac desiderio ad eum fuerimus conuersi, fore nos illius bonorum, benignitatis participes. Quod confidere utique est, & non solum Deo, sed etiam in Deum credere. Ac ut maiore cum autoritate de fide ipsa loquamur, definitione Apostoli in medium adducamus. Qui sic ad Hebreos inquit: Fides est suscepit rerum earum, quæ sperantur, index earum, quæ non cernuntur. HIC IV LIVS. Fidei, inquit, definitionem ex Paulo afferit; quæ quām obscura semper habita fuerit, conscientia omnium fere interpretum demonstrat. Sed tu mihi frater uerbum illud Grecum hypothesi, quod cateri transtulerunt substantiam, cui susceptionem converteris, audire ex te aucto. Certe enim uerbi huius ipsius cognitio, tū rite percepta fuerit, quæ lumen quoddam extiterit ad huiusc loci obfcuritates, & tenebras illuminandas. SUSCEPTIONE M uoco, inquam, uim, & sententiam Græci uerbi secutus, quo ἀντίστροφα non solum subfert, hoc est manere, atque herere in seipso, quo sensu treis in diuinitate τριάδες dicitur, quas nos transtulimus personas: sed sustinere etiam quoddam est, & submittere, ac supponere se, siue negotium aliquod, munus ue recipias, quod pro te subfert, aut pro altero paratus sis, siue cuiquam spei, aut opinioni, aut sententiae temeripsum subiectas. Atque hoc uerbum alijs quoque locis Apostolus, ut ad eosdem Hebreos: Cohortamini uos ipsos per singulos dies, quo adusque uocatur hodie, ne quis uestrum obdureat ex deceptione peccati: Participes enim facti sumus C H R I S T I, si quidem principium hypotheseis usque ad finem firmum retinuerimus, hoc est, si permanebimus in eo, quod a nobis est suscepit, si non exciderimus spe, & fiducia erga Deum. Et ad Corinthios: Misericordia fratres, inquit, ut ne glorificatio nostra de uobis inanis sit in hac parte, ut quemadmodum dicebam, parati sitis, ne si forte ueniamen tecum Macedones, & offendant uos impatriatos, rubeamus nos, ne dicamus uos in hypothesei hac glorificationis, quod idem est, ac in eo, quod suscepimus, ut glorificemur de uobis. Indicat autem haec hypotheseis non leuem quandam, neque improbus, sed meditato confilio suscepimus actionem. Ut item ad Corinthios: Quod loqueror, non loquor secundum dominum, sed uelut in insipientia in ista hypothesei glorificationis, quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Vbi ostendit se uolentem, & scientem suscipere hanc prouinciam gloriandi, quæ tam non secundum Deum sit, sed secundum factantiam, & glorificationem carnis. Verum omisimus uocabulis ut ueniamus ad rem. Cum fides definitur ab Apostolo, suscepit earum rerum, quæ sperantur, index earum, quæ non cernuntur, sic intelligamus huiusmodi definitionem, ut fides sit, uel sperare ea credendo, quæ oculorum uisus subiecta non sunt, hoc est spiritualia, & externa, uel credere sperando; quanquam fidei fundamentum sit credere, tamen spes ipsa continet in se fidem, & absq; spe fides inanis tota est. Atque haec est propria fidei C H R I S T I diffinatio. Nam & Iudei cum unum esse Deum crederent, eumq; colerent, & uenerarentur, atque illi confidere se dicerent, spemq; in eo ponenter bonorum asequendorum, ea tamen ab eo sperabant bona, quæ oculis, & sensibus percipiuntur, hoc est terrena, atque humana. Nos uero, qui & Deo credimus, & in Deum per unigenitum filium eius I E S U M Christum ita confidimus, & permitimus nos Deo, ut nihil ab eo mortale, nihil interitum expetamus, neq; digna ista huiuscmodi munera tanto auctore esse existimemus. Sed ea potius speremus, & expectemus ab illo, quæ tribuent, & donant, & donant, & consentanea sunt, magnitudine eximia, perpetuitate eterna. Est igitur uera fides C H R I S T I & Dei, & Deo, & in Deum credere, quod est illi confidere, ut spes ab eo, quæ eterna bona sunt; ea porrò huiusmodi, ut nullis sensibus comprehendantur, sed sint tota in illa fide, & spe, si Deo confidamus, & si eum amauerimus, expectationi nostræ reposita. AVDI O misfrater, I V L I V S inquit, & de uerbo hypotheseos, Christicq; fide, quo pacto illud intelligendum, haec accipienda sit, tuam sententiam probo. Sed cur Apostolus de fide C H R I S T I speciatim loquens, exempla

exempla fidei constituerit ex illis, qui longe tempus Euangelij antecesserunt, & in Abel, Enoch, Abraam, Iacob, ceterisque patriarchis, fidem hanc, quam diffiniebat, fuisse affirmauerit, hoc est, quod cupio mihi abs te explanari. Non enim videbatur propriæ fides in illorum rebus gestis, sed in Apostolorum, & Deo credentium per I E S U M Christum diffiniri. Q V O N I A M inquam I V L I & ad Hebreos Paulus scribens eos in patribus suis uoluit commonefacere, ut plus haberet hortatio sua ponderis, & cum exemplum tum graue sit, si ex antiquitate deprimatur, ad uetus & celebrata majorum facta eos reuocauit, ueteresq; illi tamen, cum ea, quæ gererent, in corpore, atque in umbra tanquam figuræ, & simulacra præmitterent uenturæ post aliquot secula ueritatis, ueritatem ipsam nihilominus iam tum spiritu sancto edicti perceperant, & sic crediderunt in futurum C H R I S T U M, quomodo nos in eum, quem non uidimus, credidimus. Sed ut redeamus ad superiora: Fides C H R I S T I hoc habet peculia in se, ut ea, quæ nec cerni oculis, neque ullo sensu percipi possunt, ab Deo sola, & potissima expectemus, confidamusq; illius benignitatit, & ueritati nos ipsius diuino munere illa affecturos. De quibus idem iste Apostolus: Quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, prompta habet Deus diligenteribus eum. Et alio loco: Breuis, leuisq; afflictio in nobis, inquit, aternum pondus gloriae creat, dum non cogitamus ea, quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Nam quæ uidentur, ad tempus tantum sunt, quæ non uidentur, aeterna. Quod uero ista ipsa sperare, & concupiscere ab Deo solo debeamus, quæ aeterna, & inuisibilis sunt, illa ratio docet, quod hoc solum uere est Deo crederet, atque confidere. Nam si ita confidamus, ac credamus, ut ista appetamus ab eo nobis dari, quæ sunt terra bona, non unum iam Deum, sed complures esse Deos suscipiemus: quæ quoq; enim extiterint, ex quibus nobis sit spes potiundi bonorum mortalium & cædutorum, illorumq; fruendi, tot nobis deos, & dominos profecto constituemus. Nam siue a populo sperandus honos fuerit, aut potestas aliqua, aut emolumenum, populus ipse nobis erit Deus, plusq; illius uoluntati, quæm Dei op̄i confidemus: siue eadē posse uoluntur a principe, Dei apud nos locum princeps obtinebit, Deniq; in amore terrenorum bonorum, qui suppeditauerit amoris nostro, cupiditatibusq; suffragatus fuerit, is nostram ad se omnem conuertet fiduciā: ex quo Iudei, qui ad hac terræ bona potissimum aspirabant, ad ascensionis quoque, & colendos falsos deos, faciles sapientum, & prompti extitere. Non enim neq; in rebus molestis, ac tristibus, illa bonus spes ab Deo insensibilius se sustentabat, & sepe oblatis aliunde præmis, aut uoluptatibus ab Dei ueri nomine deficiebat. Quod cum saepe alias, tum in Iero boeam præcipue, & decem tribibus Israël fuit manifestum. Ille enim ut regnum sibi stabiliret, quod ex dissensione populorum ceperat: illi ut regem haberent fauitem sibi, atque propitium ferre omnes a uero Deo, & cultu Dei, temploq; ipsius sancto auerſi, ad eminentios deos, & falsa idola transfugerunt. Proinde nos quoq; qui fidem C H R I S T I profitemur, cum Deo nos credere, & catholice ecclesiae enunciamus, sic debemus de nobis meti ipsi cogitare inanem esse fidem hanc, nisi etiam in Deo spem remus, & confidamus, atque ab eo illa expectemus, quæ futura sunt immortalia bona. Itaq; qui cupiditatibus rerum terrenarum, & carnis uoluptati dediti, & uel ambitio, uel avaritia exercitati sumnum in his bonum, quæ sensibus comprehenduntur, & suum omne studium collocant, atque constituant, hi fidem, quam uoce usurpat, corde nullam retinent, neq; Deum sibi, sed mundum dominum constituant. Ex quo fit, ut in astutia, in malitia, in fraudando, in uile afferendo, in omnia misendo, omnibusq; modis attendant magis quam in Deo, & Dei ope fidentes, contentur ad ea peruenire, quæ per uera op̄io, corruptaque cupiditas fingit, atque constituit sibi esse bona. Est omnino aditus, & tanquam ianua ad ipsam solidam ac perfectam fidem ista animi credulitas annuentis Deo se, & C H R I S T O atque ecclesiae credere. Sed non in eo plena fides, quandoquidem sine firma spe, atque fiducia in summum Deum fides uera non est, spes autem, & fiducia esse non potest, si haec interitura bona potius expetimus, de illis aeternis minus laboramus. Sed tamen, qui suum in ista credulitate nomen professus Deo, & in nomine sancto C H R I S T I baptizatus est, ad explen-

dos fidei numeros omnes profecto sit paratior, quam is, qui ne istam quidem fidei C H R I S T I nominationem aequis auribus accipit. Verum in eo tamen est fides, ut credatur, & confidatur, id est certo consilio, & deliberata fiat uoluntate. Fidei enim habere etiam sperare est, & confidere. Qui uero tantummodo uerbo, nulla meditata in corde ratione sese annunti credere, cum in mundo ipsis multo maximam spei suae partem fiduciae ponant, hi non tam fidem ipsam tenere, quam ad fidem quandam introitum habere sunt existimandi. Quod si is esset Deus, qui non omnia posset, & ualeret unus, aut si quae ab eo suis cultoribus proposita sunt, non eadem essent optimae, & praestantissima, profecto & alios deos constituerere, ceteris confidere, & alias res appetere hominibus foret licitum. Ut enim diximus, qui quopiam confidit, Deum sibi quodammodo illum facit, in quo suam ponit fiduciam. Sed cum & omnipotens Deus, & nihil illius donis coelestibus sit praestabilius, atque adeo illa sola sint, quae nobis ab Deo ostenduntur, & promittunt uera bona, ideo nec illis est quicquam a salute uera aberrantius, qui a C H R I S T I fide alieni sunt, neque his miseriuntur, qui fidem ipsam C H R I S T I ore, uerbisque professi alias alibi spes, & alios penè deos, quibus potius confidant, libi proponunt, & erigunt. Quocirca sic concludamus, certam, & ueram fidem esse eam, quae ea, quae cernit oculis, manibusque comprehendit, manifesta, & indubitate mortalis uita commoda, abiicit ultra, & segregat ab sese, ut ea, quae sperat, & credit, adipiscatur a summo Deo; quae quidem etiam fides hominem ex carneo & corporeo spiritualem prouersus reddit, agnoscetem cognationem, quae sibi cū Deo est, & ad Deum ipsum, tanquam ad suum summum bonum credendo, & confidendo, illumque imitando prouersus erectum, inque eo solo eorum bonorum, quae ab omni sensu remota sunt, eademque, & summa & immortalia ex istunt, spem, atque expectationem omnem suam asequendorum reponentem, per quam fidem postquam ita credidimus Deo, ut spem omnem nostram, omnemque fiduciam in illo constitueremus, amore erga illum nostrum his terrenarum rerum studijs atque amoris non pateremur decipi, neque distrahi, illæ in nobis præclaræ, atque eximiae uitutes dignitutum, que diuinæ in nobis referunt uitutum similitudinem. De quibus ad Galatas Paulus: Qui superpediat uobis spiritum, & operatur uitutes in uobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei id agit? & re uera, cui ista sordent interitura, & mortalitia, solumque is ad celum, & ad Deum sperandis illis bonis coelestibus erectus est, quis huc potest, aut iustum, aut continentem, aut beneficium, & misericordem ex hoc humanarum uitutum generere aestimare? altius se multo attollit iste in omni genere uitutis, & proxime ad Deum imitatione accedit, quandoquidem promptior est illi, & paratior beneficiendi facultas, qui ea, quae communicat cum alijs, & distribuit, parum ad se, aut nihil putat pertinere, solamque præclaræ actionis uoluptatem cum Deo omnia conferens sibi retinet, opera autem fructum, & pecunia in aliis dispergit, quam is, qui eisdem rerum terrenarum affectionibus implicatus, quas a suo proximo incommodates depellit, in eas ipse ueretur, ne quandoq; possit incidere. Certe enim illi prior ab omni rerum harum affectione remotus genus beneficiandi singulare, & propè diuinum in seipso exprimit; hic posterior, bonus tantum & iustus, inter homines habebitur. Atqui posterius hunc lex, illum superiorum C H R I S T I fides conformat. Est enim fidei C H R I S T I, ut sape iam diximus, negligere omnia humana, & mortalia, neque illa nobis bona existimare, quae hic tenentur, & possidentur, sed ad ipsa coelestia, & non interitura aspirare, eorumque locare, & ponere asequendorum spem totam in Deo, & conscientiam nostram. Sed quoniam de his, multis saepe locis ab Apostolo fit mentio, erit nobis item locus de illis alias loquendi. Nunc redeamus ad Apostoli uerba, qui tanquam ratione reddiderit, cur ex operibus legis nemo iustificetur, eò quod per legem cognitio peccati, hoc est, quoniam lex nihil seipsa maius demonstrat, neque altius, sed sola tibi notionem peccati insinuat; aliquid autem est uitare humanam iniquitatem, & aliud diuinam adipisci iustitiam, longeque diversum, disiunctumque est nosce peccatum, & ad gratiam aspirare, subiungit; Nunc uero seorsum a lege iustitia Dei, manifesta facta est, & estificata ab lege, & à prophetis. Nunc inquietus illa iustitia Dei, quae sola facit uere iustos, in lucem est edita, atque apparuit, de qua lex, & prophetæ dederunt testimonium,

neque

neque id parce, atque anguste, sed plurimis in scriptura locis. De qua Esaïas in persona domini: Propè est salus mea ut ueniat, & iustitia mea ut reueletur. Ac ut non de humana, neque de legis iustitia apparet dici, quæ in precepto, aut uetado, damnando, absoluendo, ue tota ferè conflitit, etiam subiicit; Et erit opus iustitiae pax, & cultus iustitiae silentium. Sola enim Dei est iustitia, quæ cum animo pace, & silentio colitur, tanquam st̄is pes omnium cupiditatum ipsa ex animis elidens, neque ullum penitus in mentibus relinquentis dissidium, huicmodi quo pacto hoc appetendum, atque idem rursum alia ex parte fugiendum sit. Vel cum dicit huius diuinæ iustitiae effectiones, operari demonstrans: Vocaui te in iustitiam, & apprehendisti manum tuam, & seruauisti te, & dedisti te in foedus populi, & in lucem gentium, ut aperires oculos cœorum, & educes de inclusione uinculos, & de domo carceris sedentes in tenebris. At hoc legis certè iustitia non facit. Hos enim ipsa potius incluserat, & uinxerat. Cui ergo esse potest dubium? talis Dei iustitiam uitificantem eos, qui in peccatis mortui sunt, & cœos mente illuminantem, eam esse, quæ non in lege expressa sit, sed quæ cum fide cōferta, atque cōiuncta cingulum circūdat renibus, sicut scriptum est: Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorum renum eius: & hanc à prophetis, & lege testificata, tametsi nos pauca ē multis testimoniis, subiectum, quæ plurima passim in tona scriptura, & de hac ipsa iustitia, & de uniuersa pariter gētium uocatione scatent, quas huius lex iustitia erat excitatura, & ex illis ecclesiām sanctiorem cōstitutura, de qua sic aperte, & perspicue Esaïas, ut hæsitationi non sit locus: Vniuersi filii tuū, inquit, erunt docti à domino, & multiplicabit pacē filiorum tuorum, in iustitia fundaberis. Hæc inquam Dei iustitia seorsum nunc à lege manifesta facta est, cui nihil, cum lege rationis est, atque cōmerci. Alio enim ex genere, & ex alio ordine tona est, diuinarum uitutum uidelicet in nobis creati, non humanarum, iustitia inquam Dei manifesta facta per fidem I E S V Christi in omnes, & super omnes credentes, hanc inquit, iustitiam Dei fides I E S V Christi in lucem extulit. Antea enim in Deo quidē semper erat, & radios interdum suos, occulito tamen tramite in aliquorum mētes & corda iacebat, præsertim eorum, qui essent ex semine Abram. Illud enim genus præcipue electum fuerat à domino, ut quoniam ex eo author, & promulgator maximi mystérii edendus erat, diuino indicate spiritu prænosceretur ab eisdem, à quibus parturiebatur. Nunc uero I E S V Christo docete, atque monstrante Dei illa eminens, præcelerata iustitia in toto mundo patefacta est meridiani solis lumine multo clarius. Nō solum enim nouerit homines, qui I E S V Christo crediderunt, illam in Deo iustitiam cuiusmodi esset, sed eam ipsi in semetipsis sunt experti. Etenim quemadmodū Deus fidem intuens eoz, qui sese ei dediderunt, & credendo, fiducio, permiserunt, nullas ueteres iniurias, nihil pristinæ impietatis, nec iniquitatis illis exprobavit; sed omnī præteriorum scelerum memoria statim oblitterata, omnibus eos ultro affectit beneficiis, non ut liberaret tantummodo pena, & supplicio; sed etiam ut sanctos efficeret, atque iustos, quo patre Deo digni effecti, cœli hæreditatem iure adire possent; sic nos eadem Dei iustitia, eadem benignitate imbuti, atque ornati, ipsum illum unde eam habuimus, imitaremur, nihil odio, neque ira, nec libidini ulli tribuentes, ab earum rerum cupiditatibus alieni, per quas perturbationes huiuscmodi in animis nostris exercituntur, ad benefaciendum tantum, & ad benemerendum intenti, quod sola fide in Deum nobis aduenire potest. Eadem enim fides per I E S V M Christum tradita nobis, & insinuata, & iustitiam talē in Deo ut cognosceremus, effectit, & ut in nobis similem ab eodem Deo insitam & datam acquireremus elargita est, quæ credentibus data est, hoc est huius ipsius fidei, & credulitatis nomine non tanquam legem habentibus, nec rursus tanquam probitate, & innocentia præditis, quippe cum nec gentes legem cognoscerent, & omnes omnino homines peccatis essent oppressi; sed data est gloria, & gratia, & beneficentia summi Dei. Nam si Hebreis tantum data fuisset, ubi Dei æquitas pari studio affecti ad omnes conseruandos, quos pariter creasset; Si tantum probis, & innocentibus, ubi Dei gloria, aut quis eius benignitati, & uoluntariæ liberalitati fuisset locus? Data est ergo ea, & donata credentibus, qui suum nullum meritum afferunt, non enim credere, mereri est, & iudem maxime ornant, atque magnifici

gnificant gloriam omnipotentis Dei. Proinde in hac cōmūnione indignitatis, & peccati, qua cuncti comprehensi erant, nulla erat prorsus distīctio, quā obrem hūic potius, quā illi tribuenda esset, sed omnes pariter egebant gloria Dei, ut iustificarentur gratis eius gratia. Opus erat, inquit, ut suam gloriā ostenderet Deus, quatenus gratis, & sua innata benignitate, non ipsorum ullo merito eos iustificaret. Hac enim est uera uirtutis, & bonitatis, & diuinā iustitiae gloria, facere omnia gratis, & propter se, neque expectare, quoad quis mereatur, sed ultro suam gratiam, & benignitatem credentibus offere, at quo interpretare, quo instrumento hoc fecit Deus: per redēptionem, inquit, qua in C H R I S T O Iesu, quem proposuit Deus placētum per fidem, in ipsius sanguine. T V M I V L I V S: Adhuc mihi frater, inquit, qua abs te dicta sunt de iustificatione nostra, de fide in Deum, & de ipsa Dei iustitiae ita mihi īhāserunt, ut nihil habeam certius, neque firmius, quām ita habere se rem, neq; id credulitate tantum simplici, sed clara & ualida ratione addūctus. Nihil enim est melius, quod attribuamus Deo, quām eum tamē esse, qualem haec ipsa iustitia demonstrat. Quod si in Deo omne īneſt, quodcumque est optimū, & hoc, quod optimum est, īneſt in eo necesse sanè est. Neque intueor tamen, omnibus mea mentis uiribus, & omni intentione animi circum circa aspiciens, quid illūstrius offerat, & quid magis persuadeat intelligentiā nostrā illa tantopere laudata apud homines philosphia, cum argumentis & rationibus quid concludit, atque firmat, quām haec pura, & simplex uirtutem, & iustitiam & beneficētiam summi Dei summatis narrans oratio. Itaque ea non me docuit solum, sed etiam uehementer accedit, ut hāc mūndi bona quotidie magis, magisq; despiciens in illis tantum bonis, qua celestia, & æterna sunt, à Deo experientis studium omne meum, & omnem curam reponam. Vi deo enim non secus ac si oculis idem cernerem, neq; falli nos spe nostra, si uerē confidamus Deo, neq; ipsum Deum à natura, à iustitiae, à bonitate sua posse deficere. Vnus adhuc restat scrupulus, is iste ipse, in quo Paulus nūc ueneratur, nec mihi ille quidē, sed his, qui fidei C H R I S T I libenter sāpē obtrectant, qui cum reliqua forte omnia concesserint, fidemq; in Deum causam omnium uirtutum in nobis assentiū fuerint, nec sine ea ad gratiam posse ueniri annuerint, illud tamē dicant, quod quotidie dīcunt, nihil opus fuisse C H R I S T O, nec C H R I S T I morte, sed potuisse mūndū inspirante Deo, nihilominus in hunc sensum & fidei mysterium sine C H R I S T O peruenire, quasi hoc in nobis reprehendant, quod in istud fidei negotiū, C H R I S T V M ita admisceamus, ut abſc̄ eo de salute & de Dei gratia penitus diffidamus. Nam quid Dei filium facimus, quid ēqualem Deum, quid uirtutem Dei omnem in seipso deferente, alia fortasse disputatio sit, neq; propriā hūiū loci. Quod uero sine eo erga Deum fides non sit, & quid hac una omnino fanua ad uitam sit introitus, cui perem admodū mihi frater à te aliquid proferri in mediū, quod possemus horum talium moleſtissimis percōtationibus respondendo opponere. D I V I N U M est hoc consilium, quod queris mihi frater diuina cōſideratio, quam nos homunculi non tam indagare rationibus, & scrutari, q; uenerari, suspicere q; debeamus. Est enim hoc fidei p̄cipuum & propriū, non inuestigare curioſe, quod fuscipias, sed id simpliciter, & sincere credere. Verū tamen quoniam quod cū pietate agitur, nunq; ingratum id Deo, neq; infenū esse ſolet, afferemus aliquid nō tam exprefla in scripturis sanctis, quām adumbrare poſta, per qua hac poſſit queſtio diſſolui, Deū ante deprecantes, ut ſenſum nobis rectū ita tribuat, inducat q; in omnem nos de filio ſuo ueritatē, ſi eum nos uerentes, & honorē ei toto animo deferentes ipsius benignitatis, & ſapientiae gloriā cupimus magnificari. F A C I E T mihi frater, inquit, nam & ipſe dixit: Quācūq; poſſoſerit ſ patrem in nomine meo, dabit uobis. H A C fide in Deum freti inquā, alſe, ueremus p̄mū illud, quod indubitātē, certumq; retinemus ſola fide erga Deum per I E S V M Christum poſſe nos ſaluos fieri, neq; aliud nomen eſſe ſub coelo, ut Lucas, inquit, in quo ſalus mundo fit proposita. Quorū etiam utrūq; cognoscere uitā eſt æterna, & eum, ſcīc̄, qui mihi Deum patrem, & eum qui mihi eſt, I E S V M Christum filium Dei. A S S E V E R E M V S, inquit, neq; de hūiū fidei constantia uilla omnino unquam uit̄ nos, ullius ſententia deducat. A T Q V I inquā, hūiū ſe perſua

persuasionis noſtrā & fidei argumentum p̄mū illud, & quaſi fundamētū totius aſſenſionis habemus, quid euentus rerum ita habere ſe rem comprobauit. Hoc enim & miracula C H R I S T I, qua ab eo patrata ſunt plurimā, & maxima ſndicarunt, & mors ab eodem non ſucepta ſolum, ſed prauifa etiam, & ſepiuſ p̄aentia, & poſtequam obijſſet tertio die à mortuis eiusdem conſurrectio, ac ſui uidentis diſcipulis oſtentio; deinde palam in coelum tot conſpecta oculis fidelium. aſcenſio; poſt ſpiritu ſanctū eſt ecclō diſcipulis mihi, & diſperita in ſpecie linguarum, & ignis donatio. V̄irtutes quoq; maximā illis ex eodem ſpiritu immiſſe & inditae ſanandū agrotos, liberandi à malis daemoniis obſeffos, mancos, & debiles integrandi, integros interdum in debilitate iniſciendi, conſtendī ſine timore, & perturbatione uila aduersus magistratus & potentes, ac ferociſ ſaepē minas ſuperborum hominū ac tyrannorum, in mortem ſicubi opus eſſet, & ueritatis defenſio poſtularer, alacrī animo eundit: atq; haec omnia tot, atq; ſanta ut apte, & facile, & admirabiliter agerent, non ſolū uis queſdam inaudita celeſtis uit̄ uirtutū, ſed etiam omnium linguarum uifus & cognitioſes illis repte in ecclō datæ. Quarum quidem uirtutū, & eius, qui in Aſtoſis operabatur, ſpiritus ſanctū ſanta uis extitit, ut mundus, qui auaritiae totus, & ambitioni, ſuperbie quoq; & omnibus turpibus illecebris deditus erat, quiq; ea ſola bona intelligebat, qua ad corpus, & ad corporaes commodiſates, aut qua ad gloriam, & laudem inter homines pertinēt, nullam autem animorum immortalitatem, nullum Dei regnum, nullam alteram uitam, & eam quidem multo poſtorem cogitabat, stupefactus horum hominum, ſi illos ex mundo ſpectes, ignobilisimorum, & despectiſſimorum, ſi ex Deo, altissimorum, & maximorum, uita, oratione, miraculis, atq; ea imprimis conſtantia, qua cruciati corporum pre C H R I S T O, & morte fortiter uifit, nebant, conuerſus repte ad Deum uerum priora uitā inſtituta relinqueret, & ſeſe I E S V C hriſto fidelem, ſubiectumq; traderet. Num paruum hoc tibi aut obſcurum ueritatis fidei noſtre argumentū uidetur eſſe? M I N I M E, inquit, ille, ſed & illuſtre, & magnū, nequaquam enim ſine Deo, nec ſine diuino numine noua fidei mysterium inexpectatum p̄ſerit, & inſolens, hominiūq; quotidianis & communib; ſtudijs repugnans, atque contrarium tot ſanctissimorum uita & uirtutibus, tot miraculis, tantarum nationum concurſus & conuerſione ad puriorē uitam potuit frequentari. Q V I D I L L A inquam, qua in ſuceptione fidei, & in Euangelio nobis p̄cipiuntur, eiūſe modi ne ſunt, ut aut plauſibilis ſint hominibus, aut cum aliarum legum p̄ceptis, atq; inſtitutiū uidetur coparanda; Cuiusmodi ſunt, quid humana leges hiſ, quibus ſunt latæ, nō ſtabilitatem ſolum & otium, & ordinem uitā in communione iuris, ac libertatis, ſed etiam opes, imperium, potentiamq; inter ſinittimos conantur acquirere. Nos C H R I S T I p̄ceptis uitaq; eruditū humilitatem animi pro magnitudine, ſimplicitatē pro ſapientia, credulitatem pro cautione, patientiam pro uileſcenția, ignobilitatem pro gloria, pro diuitiis paupertatem, pro potentia imbecillitatem, pro delitiis asperitatem uitā eligimus, atque in hiſ ſpēmaximi boni consequendī ponimus, qua ceteris primo ipſo aſpeſtu moleſta, difficultia, ſumma mala, iudicantur. Haec nō ſanta commutatio opinionum, atque rerum, tamē contrariū & diſcrepanſ ab perpetuo hominum uſu, & uolūtatiſ animorum ſenſus aut ueritatem in ſe meioris uitā retinere, aut ſine Deo adiſiſi tantum authoritatē potuit. N E H O C quidem fieri ullo poſtū mode, inquit, cum tamē nobis ſam expertis, & ab I E S V C hriſto edocis, quantum coelum a terra diſtat, tantum haec uitā, qua oculis carnis deſpicabilis, & ſordida, plenaq; miseria, & ſultūtia uidetur eſſe, illis mentis, & ſpiritu integrorib; oculis celeſtis lætitia & uerißimurū ſuconditum plenam ſeſe oſtentat. N E H O C quia à mundo penitus autſa eſt, & in Deo tota deſixa, eumq; ſuum poſſidet bonum, quod ſumnum eſt in omni natura bonum. H A C ratiōne ipſa inquit, H I C inquam I V L I necesse eſt hoc ut conſideretur, quale ſit, quo quid mundi dicitur eſſe, aut Dei. Sic enim pronunciāmus, atq; ſentimus quaſi alterutrius tantum nos eſſe necesse ſit, utriuſq; uero eſſe nequaquam ſit licitū. E X P E C T O, inquit, quid dicas. H O C inquam, quid uidetur repugnare inter ſe, & contrariū eſſe Deo ſeruire, & mundo, ſicut ipſe, dixit, Non potestis Deo ſeruire, & Mammona. Id

porro uerbum Syrorum lingua diuitias significat, quarum quidem nomine omnis cura rerum terrenarum, omnis procuratio corporum comprehenditur. Sed Deus, & mundus domini nostri sunt, non ambo simul, id enim fieri nequit, sed alteruter eorum, prout utrius nos magis uoluerimus dedere, illumq; quem elegerimus, dominum & Deum nobis uoluerimus constituere. Vt enim haeserimus potius, & in utro magis desideria nostra collocauerimus, is a nobis potior, & praesentior habebitur Deus; qui si mundum praeoptauerimus dominum, carnales homines reddemur: si Deum, spirituales. Verum, ut opinor, distingendum perspicue est inter spiritualem hominem, & inter carnalem, ut quod ad mysterium C H R I S T I pertinet, fidei nostra ratione melius post exponamus. Porro si et hoc percomode, si operationes carnis, & operationes spiritus ex eiusdem huic apostoli uerbis in medium proferemus, qui sic ad Galatas inquit, scribens: Manifesta sunt opera carnis, quae sunt haec, Adulterii, fornicatio, impunitas, perulania, falsis deorum cultus, ueneficia, iniuriae, iurgium, obsecratio, iracundiae, rixae, seditiones, factiones, malevolentiae, cades, ebrietates, comeffationes, & similia his, quae uobis pradico, quemadmodum praeconi, quod qui talia agunt, regni Dei non erunt haeredes. Manifesta sunt opera carnis, inquit, quoniam carnalia, & corpora sensus ferunt, & a carnalibus oculis conspiuntur, quae quidem carnis opera, alia finis nobis sunt, & id, ad quod tendimus, extrellum: alia sunt in his, quae spectant, & pertinent ad finem. Finis corpus est, & corporis comoda, quae in Greco epigrammate satis expressa sunt, quo dicitur optimu[m] est beneuale[re], honorari pulcherrimum, sua uissimum eo frui quo quis maxime cupit. Ita ualitudo, suauitas, dignitas carnalium hominum summa, & maxima bona sunt, & ille ex Euangelio hoc idem indicat, qui plenis domi horreis, ac celis omnibus, dicit anima sua. Anima habes bona multa repolita in plures annos, requiece iam, comedie, bebe, gaude. Haec enim bona si cu[m] pace, & sine dimicatione quererentur, aut tam quiesca, & parva possiderentur, nimis um in his humanorum in corpore uotorum summa consideret. Quoniam autem affectata, anhelata, aude undique qualita sunt, nec omnibus pariter queunt communia esse, iecirco in his oppugnandi, infidandi, contra pete[re]d seditiones, & rixas excitari necesse est, & res liqua mala facinora omnia suscipi, quae non sponte sua, sed horum obtinendoru[m] bonorum gratia perpetrantur. Ista igitur carnis opera, & qui hisce dediti operibus sunt, carnales homines habentur, qui omnes curas suas, & studia omnia ad carnem, corpusq; referunt, nihil cogitationibus rerum a sensu remotarum, nihil futurarum post hanc uitam expectationi, nihil Dei prouidentiae, nihil immortalitati, nihil deniq; fidei erga Deum tribuent: sed illud tantum solidum & uerum tener e se arbitrant, quod manus comprehensum sit: Atque hi tales ipsi cum sint, non modo regnum Dei, legemq; recte, & ordine uiuendi nullam, sed ne ius quidem uitae perpetuam, & firmum possunt recipere. Moritur enim caro, & carnalem secum hominem in eandem mortem rapit, ipsaque dei legibus nequaquam subiecta est, iecircoq; omnis eius sapientia, apud Deum sufficiet, quoq; abscedit a Deo longius, quod hi faciunt, qui diuitijs, & potestatijs inhiandi quotidianis magis in mundum se inuoluunt: hoc fit terra[rum] ista tractado, appetendoq; dementior. Atque hic homo carnalis a Ioanne euangelista notatus, qui non ex Deo, sed ex sanguinibus, & ex uoluntate carnis, ac uiri natus est, a quo se cuipebat David liberari, cum instaret apud Deum, Libera me de sanguinibus Deus, deus salutis mea, inquiens. Hic est, quem Adam nobis primus pater progenit postquam peccatum fecerat, & Dei dicto non fuerat audies, cum carnem nihil etiam tum admodum appetentem, necq; arrogantem sibi, sed rationi prorsus, atque menti subiectam & deditam insperata illa uictoria, quam nec ipsa quidem ualde concupierat, ad superbiam excitauit, in eamq; extulit insolentiam, & temeritatem, ut maius illa deinde ius suu[m] in homine, quam rationis semper pugnauerit esse. Quod carnis regnum mors iure est consecuta, quandoquidem caro cum operibus suis uitae perpetuitatem non recipit, id est ab origine primi parentis peccatum una cum morte in nos quoque, qui sumus progenies ipsius, & in uniuersam posteritatem propagatum est. Huic autem carnali est contrario spiritualis ille homo opponitur, qui fructus eos appetit, & ea sibi prima proponit, quae sunt propria spiritus. Porro autem illa sunt, Charitas, gaudiu[m]

dium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Quorum quidem omnium si ex origine, atque ex authore illa spectentur, Deus caput est. Haerentur enim ab eo ista omnia, & referuntur rursus ad eum. Si uero ex nostra parte, illa propter fidem nobis insinuat, simulac primum enim confidere incipimus Deo, & præmia ab eo illa expectare uelle, quae sunt ab humanis sensibus abscondita, statim dimissa carne ad spiritum nos reuocamus, repudiatisq; mundanis, & terrenis bonis causas omnes una excludimus sollicitudinum, & cupiditatum, animoq; intefinis morbis, ac perturbationibus liberato pacati, atque modesti, omnibus benigne facientes, nunquam obrectantes ciuquam, neque ad corpus uelut ad finem aliquid referentes, sed omnia in Deo nostra reponentes, agimus beatam etiam in hoc seculo uitam, plenam latitiae, & uerissimæ iucunditatis, cui nimirum uitæ neque lex scripta, neque mors dominatur. Immortalis enim spiritus est, & eius opera æterna. Atque hi sunt, qui per fidem nascuntur ex Deo, & filii Dei sunt. Primum quia illi similes in omni illa diuina uitute, atque iustitia contendunt fieri, tanquam filii parentis; deinde quoniam abdicato patre mundo, & pristino repudiato terreni generis nomine in aliud nomen, & familiam aliam transeunt, uelut in coeleste genus adoptati, unamq; illam, & sola expectant haereditatem, quam de celestibus bonis illis largiatur Deus. A V D I O, inquit, I V L I V S, & hanc admirabilem fidei potentiam etiam atque etiam magis nescio, cuius certe & author, & doctor fuit C H R I S T U S, de quo si aliud argumentum nullum habeamus fusile illum filium Dei, eundemq; humani generis redemptorem, haec una quidem ratio, mea fam sententia sat is sit, quod gustum, & fructum diuinæ huius sapientiae attulit ipse in mundum, cæsicq; hominum mentibus lumen prætulit, quod nulla nostra lucubratio, nulla ingenij uis, nullum unquam studium potuisse set inuestigare, id est nisi ipse est sinu & gremio patris profectus ab eodem patre Deo ad nos detulisset, iaceremus adhuc omnes sine mente, & erraremus sine duce, & nullo bono consilio actiones nostras, uitamq; dirigeremus. Quamobrem perge tu quidem, ut ceepisti. Etsi enim satis eductus sum, nam peruersus semper antea fui, tamen audi dire etiam nunc expeto, qua dicturus es. A T Q V I mi frater ne alterum quidem illud argumentum silentio prætereundum est, quod Paulus ad Ephesios scribens inuit magis, quam explicat, quia ait: In quo habemus (C H R I S T O uidelicet) redemptionem, per sanguinem ipsius, dimissionem peccatorum secundum diuitias gratiae ipsius Dei, per quam exuberans fuit in nos in omni sapientia, & prudentia notificando nobis mysterium uoluntatis suæ ex beneplacito suo, quo proposuerat in seipso, dispensata plenitudine temporum sub unum caput redigere omnia, in C H R I S T O quæcunq; in celo, & quæcunq; in terra. In seipso, id est, per C H R I S T V M constituit Deus reuocare omnes ad cultum, & ad honorem sui, ut ipse esset omnium Deus, qui idem fuisset & creator, ut ne tam diuturno errore laberentur homines ponentes in mundo, & in mundanis dijs spem, & inani illa fiducia ad interitum deducit. P R A E C L A R V M & hoc argumentum est, inquit, dignaq; imprimis Dei bonitate, & sapientia deliberatio, cuius utique deliberationis unicus in omni ævo transactor & administer fuit C H R I S T V S, cuius & actio ista ipsa, & actionis euentus sat is planè indicauit, & in tanto Dei consilio intelligendu[m] fusile in illo diuinam sapientiam, & in exequendo, ac perficendo diuina etiam potestatem. Nunquam enim homo durtaxit si exitisset, aut tam alte illa separe, aut tantum complecti potestate ualuisse. At nunc quidem orbis ab eo eductus uniuersus, quanquam diuisus postea in ritus, atque sectas: unicum tamen omnium dominum, & Deum unum agnoscit, ac ueneratur. Ipsum autem consilium summi Dei, quo per C H R I S T V M is uoluit cuncta sub se caput reuocare, & redigere, cum uenerabile per se est. Nihil enim illius maiestate dignus, quam repulsa, atque illusa inanum deorum turba gloriam suam æque omnibus hominibus, nationibusq; patefacere: in quo Iudæi sane quam ridicule stulti sunt, qui tantu[m] coeli, terræq; effectorem peculiarem suu[m], & proprium uocant Deum, quali aut cæteri quoq; homines non sint, aut si sint homines, non tamen ab eodē Deo facti, aut creati existant, aut si utruncq; horum ita esse suscipiantur, pacto tamen aliquo & conuento Iudæis obstrictus sit Deus, non se alium præter eos populum in fide, & beneuo

benevolentia sua recepturum esse. Sed, ut dicebam, cū uenerabile est per se consilium Dei, & hæc illius communis atq; aqua erga omnes homines uoluntas, cumq; omnibus nobis commodum, & salutare (illo enim cuncti consilio ad perpetuam salutem uocati sumus) tum uero ratio, & via consilij illius perficiendi non modo inaudita, & noua, sed admirabilis, sed incredibilis, sed necio unde inuenta, atq; in lucem, educita extitit. Quid enim tam nouum, tamq; præter omnium opinionem accidere unquam potuit, quām ita instrui, atque eruditu[m] homines, qui in mundo uersarentur, & hasce tam uarias, tamq; innumerabiles oculis & manibus, omnq; corporis contactu perciperent uoluptates, quosq; ad confectandas corporum commoditates uita, ad dominandi cupiditatem natura, ad appetendam laudem animi uis quedam erector stimularet, ut hoc ita constituerit, idq; certissimum existimarent, si ueram uitam ad ipsi cuperent, hasce omneis res, quæ de mundo expertantur, diuitias, scilicet, honores, uoluptatesq; relinquendas, & pro nihilo esse habendas, ut cum hac, quæ cernimus, & tangimus dimissemus, tum ea speraremus, atq; expectaremus, quæ ab oculis, & ab omni sensu prouersus remota essent, præceptumq; C H R I S T I adimpleremus, sic nos adhortantis, dum ait: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Quandoquidem repudiare, & abiçere mundum, unum, atque idem propemodum iudicatur, ac semetipsum exuere, atq; abnegare. Atq; hoc cum mirabile admodum, & nouum ex parte imperantis, ac præcipientis C H R I S T I, tum etiam mirabilis ex eorum factis, qui paruerunt, Creditum enim est, assensum est, concursus est in hanc rationem uitæ, & sententiam, neq; id infrequent populo, sed totis generibus hominum, & nationibus. Quodq; tu frater paulo ante dicebas, ratio tota uiuendi in contrarias partes commutata est, ut quæ apud mundum despiciunt ducuntur, ea prima, & præcipua Christiano homini habeantur, quæ autem in mundo plurimi sunt, postrema. Sed ego nimis longe progredior, tuq; cursum impedio orationis. Tu uero ad institutum sermonem reuertere, & pertex reliqua. A D I V I V A S me inquam mihi frater, non impedis, cum præcurris orationi mea, uiamq; mihi aperis, quæ facilius, & planius ad illa diuina mysteria admitti queam, quæ sunt in omnibus humanis considerationibus ceterarum longe altissima, uel potius non humana nobis, sed diuina mente, inspirationeq; traduntur, ut ego nunc ex his, quæ à te dicta sunt, sancto inflante spiritu aperi mihi senti arcani consilii evidentiis rationem, & C H R I S T I mysterium totum patefieri. De quo idem Paulus scribens ad Colosenses perobscure mihi loqui uidebatur, quæ sic ait: Pro corpore C H R I S T I, quod ecclæsia est, cuius ego factus sum minister, secundum dispensationem Dei datam mihi erga uos, ut impleam uerbum Dei, mysterium absconditum à seculis & à generationibus, quod nunc manifestum factum est sanctis eius, quibus uolunt Deus notificare, quæ diuitiae sint gloria huius mysterij in gentibus, qui est C H R I S T V S, in uobis spes gloriae. Hæc, ut dicebam, Pauli uerba mihi admodum abstrusa esse uidebantur, cum hoc mysterium non C H R I S T I, aut de C H R I S T O, sed ipsum me C H R I S T V M esse diceret; nunc intelligo planè mysterium fidei nostræ nō tam de C H R I S T O esse, quām C H R I S T V M ipsum; ipse etenim met mysterium est fidei, & fides illa ipsa, sine qua nemini apud deum gratia, neq; amicitia est locus. Quod si quis cum admittat fidem erga Deum, Christum tamen reiçiat, is eam ipsam fidem, quam admittit, spernere eo ipso in quo admittit, & repudiare intelligendus est. A T Q V I I N Q V I T I V L I V S, hoc quidem certe iam abstrusius est, quām ut possit per me statim percipi: itaç; attento sum animo, quorū tandem euasura sit oratio tua. P E R C I P I E S I V L I, inquam, simul ac paulo amplius progressi fuerimus, & aliquid adiunxerimus ad ea, quæ superiori oratione à nobis tractata sunt, cum noua, & mirabilia fidei Christi præcepta, & opera recensentes maxime mirabamur in tam contraria mundo, repugnantibusq; sententijs, ut quod paupertatem, quod ignobilitatem, quod iacturam, quod labore illis cōmodis anteponemus, quæ sunt his è regione opposita: locum tamen habuisse, & autoritatem sibi vindicasse hanc tam insuetam, & asperam, maximeq; aduersantem cōmunib[us] hominum sensibus sententiā Christi, Deiq; uoluntatem, usq; eo quidem, ut mundum totum pertraheret ad se, ipsumq; a seipso, deficere,

deficere, & in alienam naturam quasi transire cogeret. D I C T A S V N T illa inquit, & in his mysterijs C H R I S T I maxima uis demonstrata. S E D E N I M I V L I adhuc superest, inquam, maius quiddā, & potentius, quod diuinam illa iustitiam, de qua sacerdos à nobis iam dictū est, maxime in nobis depingit, atq; format, cu[m] ius iustitiae, tantiq; celestis boni ac munericis fides nostra erga Deum ab ipsomet Deo nobis sola est cōciliatrix. Q V I D N A M illud tandem, inquit? I D I N Q V A M, quod non solū tolerare, ac pati, atq; aequo ferre animo iniurias, iniuritates, contumelias, damna, & detrimenta cuiusq; modi in animū inducimus, sed quod excellius multo atq; maius, diuinæq; illi iustitiae maxime simile, ac geminū est, etiā inimicis benefacere; bona pro malis reddere; quibus odio sumus, eos ipsi diligere; postremo quas facilitudines, atq; curas rerum humanarum nostra causa non suscipimus, eas pro aliis salutare, solatio, cōmoditateq; suscipere non recusamus, ut hoc ipsum q; sumus, quod uiuimus, quod in natura producti stetimus, nemini omnia fraudi, danni ue fit. Sed quod Dei sumus, & præpotentis propriū imprimis est, ad cōmodum, & utilitatem ualeat universis. P L A N E I S T V D est, inquit, quo diuina iustitia, & bonitatis similitudinem imitando maxime assequimur. Sed hæc mihi frater nequaq; terrena cogitata sunt, uerum celestia prorsus. Quando enim sponte ab hominis meditatione, atq; cura aut animaduersa omnino, aut siquis aliquando in eam cogitationem incidit, non irrisa illico, & repudiata extirpuntur. A T Q V I I V L I tum, inquam, celestia existimanda sunt, cum ad celum, & ad Deum sunt conuersa. Qui si Deus iustificat eos, qui à carne ad spiritum, & à mundo ad eum ipsum per fidem se recipiunt, accipitq; in gratiam suā, quæ quidem gratia hæc ibi non potest, ubi æstus mundanarū feruent cupiditatum, non ne necesse est ad Deum per fidem illam accedenti, per quā ipse iustificat impios, mundana hæc studia uniuersa rejicare, & in eo uno spem suæ salutis ponere? P R O R S V S, inquit, necesse est, sed ita, ut qui opes mundi non possident, hoc ipso gaudent bono, quod ad sectandum uiam uitæ soluti sunt, & liberi; qui uero possident, ab eis nihilominus amore, animoq; diuellantur, & cum Deo conglutinentur. P R O B E istuc, inquam, sed & hoc puto te mihi cōcellum, non posse ab eodem & mundum diligi, & Deum; nimium enim absunt, nimisq; diuersa sunt, & ambo ista inter se, & quæ ad utrūq; ducunt curæ, studia, uoluntates; quod significare solebat dominus, cum diceret neminem duobus dominis seruire posse, quod aut unum dilecturus, alterum despecturus, aut huic adhæsus, ab illo autē altero discessurus esset; & quod est apertius, qui animam suam diligeret, perditum eam, & qui in hoc mundo illam odio habuisset, in uita aeterna repertum eam. C O N C E D O, inquit, etenim quid potest contradicere? Q V O Q V I S igitur, inquam, in hoc mundo tanq; in theatro aliquo, & uelut spectaculi, ac scena tragicó apparatu hisce popularibus studijs & cupiditatibus se dedens maior honoribus, opibus, diuitiis, superior imperio, potestate, gloriaq; existit, quoq; illius magis incepitis & conatibus fortuna suffragatur, ut uel inter ciues auctoritate antecellat, uel in prælijs, & certaminibus uictor, polia, & trophaea referat in urbem suā, maximisq; cū plausu clamoribus, & gratulationibus accipiat, hunc necesse est amantem, & studiosum rerum talium, si dicitis, & cōfelsis contare uolumus, arctioribus mundo uinculis alligatum, & tanq; clavis affixum, ita implicari his terrenis bonis, & usq; eo hærcere in mundi cupiditatibus, ut inter illas alacritates, letitias, ouationes, cōuiuia à summo Deo magis magisq; auertatur, & terrenis studijs illaqueatus, ac deuinctus, à spe salutis, uerisq; boni sui magis longe abit. Q V I D N I abit, inquit, cum non ab Deo solum, sed a seipso quenq; & à bonitate natu[r]æ sœpe suæ, consilioq; recto fortunæ euentus prosperi cogat deficere. Et tamē ista sunt, inquam, quæ ad mundum, & sectatores mundi homines, quorum semper multo maxima extitit multitudo, felicitatis & fortitudinis, & sapientiæ obtineant appellatiōnem, S V N T inquit, sed perturbato iudicio, quando sola animi bona probat Deus. M E M I N I S T I N , inquit, eius, quod ait Paulus: Quod stulta, & imbecilla, & quæ pro nihilo in mundo sunt, elegit Deus, ut sapientia, & tortia, & illuſtria mundi cōfundere. Et item eius, quod in Euangelio est, quod altū in hominibus est, id abominationē esse corā Deo. M E M I N I inquit, idq; mihi uidetur prorsus per fidē C H R I S T I

fuisse factum. RECORDARE igitur, quod paulo ante posuisti, cū dixisti sic posse queri, quid opus fuit C H R I S T O, & morte C H R I S T I: non ne potuit mundus Deo inspirante per fidem in eum totus iustificari? Nunc enim tibi (taluis tamen semper illis altioribus diuinatis consilijs) praeceps respondeo non potuisse, nisi forte nostrī libertatem arbitrii, qua hominū naturā praecepit constare uoluit Deus, idem etiam eam sub uīm, & sub necesse redigere uoluisse. Nam inspiratio illa ex Deo, si ipsi, qui inspirabantur, uim allatura erat, eosq; in id, quod uoluisse Deus, etiam inuitos, aut inopinantes omnino pertractura, non tam inspiratione, quam imperio, & potestate summi Dei ad iustificandos homines fuit opus. Sin autem suaione duntaxat agere uoluit Deus, & quos inspirabat, non uim illis afferre, sed tantum hortando, & docendo illos ad se adducere intendebat, quemadmodum quidem in sanctis illis uiris patriarchis, & prophetis fuit factum, nō omnes mouebat illa inspiratio, sed tantū uoluntate, & cōfilio bono ad accipientium paratos: qui cū perpauci existarent, quippe qui singuli per interualla inspirabantur, non fuit diuinā bonitatis & beneficentiae largitatem coelestis boni in tam exiguo numero conclusum uile. Igitur suaione se mel & doctrina ad omnes homines, tanquam qui liberi, & suæ spontis essent, non vi, nec poteſtate uii uoluit. Suaione autem, nō per insomia, nec per obſcuras propertarum uoces, quibus eruditri pauci, & ad Deum conuerti poterant; sed illiſtri, & euidenti, & ea, qua oculi cunctorum, & animi maxime permouerētur, ut & qui tardi ingenio, & qui morib; agrestes, & qui opinione de fe inflati essent, & qui mundo, carnīq; dediti, omnes pariter claritate, magnitudineq; exempli admoniti, atq; edociti intelligenter, si cum Deo frui immortali uita uellemus, contemnenda nobis esse terræ bona, & appetenda coelestia. Itaq; hominem unum elegit, & formauit ipse Deus, qui diuinū huius documenti ueritatem totam in semetipso deferret, suoq; omnibus exemplo ostenderet, quantum uera felicitatis, & gloria sequeretur eam uitam, qua in terris misera, despactaq; habeatur, dummodo illa non ingratis, nec contra animi sententiam, sed libenter ex Deo, & propter Deum suscepta esset. T V M I V L I V S exclamationis, o mi frater, inquit, diuinum profecto hoc consilium, diuina ueritas, quam quidem nisi patet fecisset nobis Deus, ratio hominis nulla unquā apprehendisset. At quanto lumine iam effulget bonitas & consilium misericordis Dei, & erga humanū genus benevolētia: sed tu perge quoſo, & exple auditatem meam, qui studio feror incēsus, ut ea auribus percipiā, qua tamen propedium mēte iam praecipio. V O L E N S inquam, homines Deus ueritatis non ignarus solum, uerū etiam negligentes, cōuertere ad amorem, & desiderium sui, atq; ut beneficium suum latissime diffunderet, hominem unum elegit: qui tum uerbo, & doctrina, tum ipso opere, & facto manu duceret eos in adoptionē summi boni, ut cū doceret eos spernenda esse terrę bona, ferēdas iniquorum iniurias, labores, si res posceret, pro ueritate subefūdos, obeundā mortem, princeps ipse iniret eam uia, quam ceteris monstraret, primus in crucē tolli, primus Iudibrio ab hominibus haberet, primus in omni uita, omnibus uitæ cōmodis, iucunditatibusq; destitutus, nō solum aequo, sed etiam late animo perferret, ac pateretur. Qui item cum prædicaret, & annunciatet, quanta eiusmodi uitam, quam agebat ipse una, ac docebat, plenā patientiā uidelicet, & laboris, coelestium donorum praemia, quanta felicitatis magnitudo, qua uita, qua gloria sequeretur, nō probasset ista hominibus in mundi cura inuolutis, nisi confurgendo ipse à mortuis, & in celum palam ascēdendo impleta in se ostendisset, qua ceteris pollicebatur. Illo etenim imprimitis facto, illo exemplo moniti, qui & docentem illum antea audierat, & mox mortuum, suscitatumq; uiderant, euentemq; in celum conspicit facerant, pauloq; post sanctū illum ē deo sp̄ritum etiam hauserant, conuersi ad considerationem sui, spernere mundum tum maxime, & pro nihilo ea ducere, qua terrenis hominibus prima existimat, per fidemq; in I E S V M Christum ad amorem solius Dei totis animis ferri, tendereq; cooperunt, cum ita statuerent, atq; decernerent, quæcunq; I E S V S dixisset, atq; egisset, ea sola uera, sancta, rataq; apud Deum esse, & de eius imprimitis consilio atq; sententia allata in mundum fuisse, solosq; ad Dei gratiam admitti posse eos, qui per fidem in I E S V Christo sub potestatem ipsius Dei se sic subiecissent, ut nihil mundo iuris, aut domi-

natus

natus in seipso esse sinerent: qua uiuendi ratio & cōditio ipse est Christus mysteriū fidei nostra. Nec tantum illi hoc ita senserunt, sed dimanante ab eorum cordib; & linguis una cum spiritu sancti auxilio illa incensa erga Deum, & proximū charitatem totus penē corruptus terrarum orbis eodem igne amoris in Deum conflagravit, atdemq; I E S V Christi, atq; adeo Christum ipsum studiose est cōplexus. Nunc uideamus quid iam ista concludent, ut possumus necesse aduentus Christi non cōmodum, iam duntaxat, & utilitatem cognoscere. Nam si fidem habere Deo, & in Deum, illi est credere, planeq; confidere, hoc autem facere nemo satis potest, qui mundo crīa confidat, & mundi p̄amis, honorib; ducatur, qui per fidem querit apud Deum iustificari, quod dignus bonus coelestibus efficiatur, is mundum, & glorias mundi renuntiet, necesse est, quod tamen aut sua, aut parentū uoce profitentur omnes, qui baptisimū accipiunt, dum se Deo dedunt, & permittunt totos, pompasq; Satanæ reprobudare se testū, & penitus eas ab se, atq; ab animo suo amouere. Necesse est itaq; mundum relinquere, & mundi res omnes, eū, qui cupiat ad Deum se adiungere, quando præsentim nec iustificari potest coram Deo, hoc est, ueram illam, & integrā diuinā iustitiae uim nequit obtinere, qui mundo, & mundi bonis cupiditate, atq; amore sit affixus; porro autem hoc fieri non potest, nisi credatur C H R I S T O, & tanti ex illo exempli doctrina accipiat. Igitur ille, qui sic docuit, & fecit, unus ipse est, per cuius fidem iustificamus apud summum Deum. Atq; hoc est mysterium fidei nostræ, ut spernamus mundum, & in Deo uno spēm honorū omnium constituanus, quod mysterium ipse est Christus; qui quatenus homo extitit (ut mittamus nunc redemptiōnem cōmuni culpæ, reconciliationemq; nostrā cū Deo, qua per ipsum ipsiusq; obedientiā facta est) quælo, quidnam aliud re uera fuit, quam cōtemptio mundi, atq; in Deum fiducia? Ille ad hoc factus, & in hunc mundū editus, quæadmodum ipse testificatus est, ut testimoniu dar ei ueritati, idemq; ipse ueritas, at qua ueritas? Nempe ista, quod uerū uiuere est mundum abiūcere, & in Deo spēm totam ponere; hæc est fides, hoc mysterium, hac sola hominis apud Deū iustificatio, in hoc salus nostra, in hoc Dei gloria, in hoc nobis cum Deo non solū pax, amorisq; & amicitiæ uinculū, sed cognitio etiā, consanguinitasq; confisit, ut habeamus illum in patrem, cuius & mores imitanda etiā bonitate iustitiae accepimus, & hæreditatem expectamus, qua non per mortem parentis uentura nobis sit, sed per nostram in terris quidem mortē, in celo autem immortalitatem nos cum aeterno patre in perpetuum fit cōiunctura. Fuit igitur fuit necessarium prorsus uenire Christum, qui non tam doctrinam ex Deo tanti mysteriū ad homines deferret, quam esset ipse illa ipsa doctrina, nec tantum documentum in seipso uita ex fide erga Deum, & ex contemptu mundi agendæ, sed exemplū etiam uitæ, gloriaq; illius præberet, qua huic tali erga Deū fidei esset proposita atq; coniuncta, ut quos res aspera, & dura illa à mundo disuinctio, humaniq; affectus deterrerent, eos surrexisse à mortuis incitaret, & in celum ascensio, & beatæ uitæ, ac immortalis adeptio. Itaq; nasci eum, & mori, & consurgere demum oportuit, ut plenum haberemus & integrum ab Deo omnipotente in filio eius I E S V Christo & luce uoluntatis ac benevolentiae erga nos, & nosrē, si illi obtēperauerimus, beatitudinis documentum. Cui quidem I E S V Christo qui non credunt, hi Deo quemadmodū credent? Non enim Deus familiariter loqui nobiscum putandus est, nec Græco, Hebraico ue sermone ad nos uti, sed ut in infinitū suam potestatem per motus, & cursus coelestium orbium, ac luminū nobis explicat, si admirabilem bonitatem suam, studiumq; nostræ salutis, & immortalitatis procurandæ, hac oratione, qua est Christus, nobis est effatus, nos per eum scilicet à mundo, ad se uocans, & spēm fidemq; nostram ab his terrenis auellere, & in eo ipso constitutere nos edocens, ut eius sermo, & uox, & doctrina totus esset ipse Christus. Ita qui Christū à fidei erga Deum mysterio excludunt, nec hi fidem intelligent, neque Deum complectuntur. Quod enim isti alii habebunt indicium, atq; argumentum Dei uoluntatis, & benevolentiae aduersus hominū genus? Quod spei & fiduciae sua in Deo firmamentū quo authore, quo doctore nitentur; ut intelligent hanc unā esse uitam, & rationē ad Dei gratiam, & ad ueram uitam perueniendi, si mundi commoda poshabentur, & in solo Deo summa

H 2. bonorum

bonorum constituantur; non ne fit perspicuum, iamque manifesto appetet eos, qui Christo non cōsentiant, terrenos homines esse, mundo, carniisque deditos; cum simulac primū à mundo se quis auellat, & abstrahat, statim illi in mente, atq; in fide eluceat Christus, non ut doctor solum tanti mysterij, sed ut ipse mysterij, qui eum ad Deum dederat, & quasi de manu in manum parenti suo tradat ab illo in filium, ab se in fratrem, & cohaerem regni coelestis adoptandum, atq; adsciscendū. Quae igitur absurditas est rationis, atq; consilij hanc tam amplam, & tam illustrē Dei præpotentis in Christo Iesu filio suo suasionē ad homines, atq; doctrinā, quæ admodum uita hic degenda, & quo itiner in cœlum perueniendum sit, contempnere, ac repudiare, ut occultior alia quædam & penè singularis uia exquiratur; aut quæ mentis cæcitas diuini syderis lumen ad uitæ usus non admittere, peculiare aliud lumen querere. Significata est per dominum I E S V M uia, patet facta, monstrata, quæ recta, & unica est, per quam ad cœlū, & ad Deum ingrediētibus iter sit, nec dixito solum indicata, sed ipso præente munita, & complanata, hanc tu nō probes? & deuīam esse contendas? quæ sine errore ullo, & nullis anfractibus est, ut calles occultos quodā & ignota diuerticula quæras, ac perscrutere, per quæ ad Deum, & ad Dei gratiam accedas. Cum ad Deum nisi per tale fidei mysterij perueniri non possit, quod mysterium est C H R I S T V S, tu uero in ipso statim initio ab infidelitate ducas ex ordīnum. Et adhuc de C H R I S T O perinde ut de homine duntaxat locuti sumus, qui idem & fuit, & semper est Deus, non fons quidē & origo ipse diuinitatis, sed sempiterna manatio ex patre cōtinenter effluens, tanquam lumen à sole, qui est eiusdem cum patre substantia, per quem à patre omnia facta sunt, alias quidem ille à patre, sed non aliud Deus, quoniam in diuinitate, atq; in essentia una est amborum & spiritus sancti cum illis, eademque proorsus naturæ ratio, quæ sit ipsa summa, & absolute unitas. Sed quoniā de his dabitur aliud dicendi tempus, redēamus ad C H R I S T V M, qui nisi Deum sibi perpetuo adiumentum habuisset, & si non extitisset idem ipse & Deus simul, & homo, quaro fuisset ne potis errare illum aliquando, an etiā errasset? Quis enim est homo, tanta firmitate animi, tanto uirtutis robore munitus, tamque sibi admirabiliter, & inuicere constans, qui non aliquo lapsu aliquando, aliquoq; deflexu ad carnē, & carnis desyderia protrahatur, quæ nulla unquam animi affectio, nullus cupiditatum motus perturbet? Atq; ego de his loquor, qui cum Deo uiuunt, & illius uoluntati, ac gloriæ sunt dediti, quos (nō enim semper in una illa Dei consideratione confisterē humanæ cogitationi est datum) simulatq; despexerint, suspirare, aut appetere aliiquid mortale, ac terrenum necesse est, & ad semetipso aliiquid referre. Quod si C H R I S T V S à uita sua primordiū usq; ad crucis mortem id de se præbuit specimen, ut nusquam inclinasse ad curā, & cogitationē sui, nihil sua causa omnino uoluisset, nullus mundi illecebris exhilaratus fuisset, sed pro salute cæterorum cuncta dixisse, egisse, perpessus esse intelligatur, quis eum cum talis esset, hominem solum duntaxat, ac non Deum unā & hominem audeat existimare. Misericordia facio miracula, missas mortuorum suscitaciones, etiā quatriduorum, fudorum, mutorum, cæcorū redintegrationes mitto, qui in pristinum naturæ statum contra omnem naturæ uitam, & cōfuerūdinem solo uerbo restituti sunt, qualia agere & posse est unius Dei. De illa humana specie in eo loquor, quæ perfecta, & summam ueritatis uitam, hominis penitus à mundo, & ab omnibus mundi illecebris, & contagionibus soluti, ac liberī profecto ferre nunquam potuisset, nisi eadem cum Deo aliud conflata, copulataq; fuisset. Atque hoc argumento usus est ipsem C H R I S T V S, cum studeret mentes Iudaorum elatione animi, malevolentiaq; cæcatas ad intuendum lumen ueritatis convertere, sic in Ioanne loquens, Qui uerbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet uitam æternam, & in iudicium non veniet, sed à morte transiit ad uitam. Qui uerbum meum audit, inquit, & credit ei, qui misit me, uerbum ergo illius est, cui per hoc uerbum credendum est, ac non tuum uerbum bone I E S V, nisi tute uerbum illius es, cui ut credamus, nos hortaris, quasi Iudeis hoc insinuans. Nam tum quidem orationem de alijs rebus illis non explicabat I E S V S, neq; uerba apud eos faciebat, quemadmodum credendum, aut quo pacto agendum erga Deum esset, sed semetipsum credendum, noscendumq; proponebat, tanquam

quam ipse esset Deus, & fides, & mysterium: quo uerbo inquiens, pater meus, quios doctrina, quibus preceptis melius queat instituere, ac docere, quam memetipso, mea oratione, uita, factis: Ego enim euīdens Dei sermo sum, non in somnis ostentatus, necq; ambiguis prophetantium uocibus nunc prolatus, nō in lege scripta adumbratus, in qua carnis opera pleraq; sunt. Ego autem carnem omnem uobis abiiciendam esse ostendo, & ad spiritum solum transeundum, in quo qui cum Deo uiuunt coniuncti, hi in iudicium non adducuntur. non enim legi ulli subiecti sunt, sed ipso facto habent uitam æternam. Ego, inquit, annūcio ueram uitā uobis, ex Deo, ut illi credatis, Deus enim uester est, & mihi item tanquam uerbo Dei credatis. Si enim somnio ut ab Deo misso, si prophetis, si legi creditis, in quibus aut non tota, aut certe nō illustris, sed obscura ueritas significata est, mihi quare nō creditis, qui sum uniuersa, & perspicua ueritas, qui totū hoc, quod sum, doctrina uobis sum, qui meipsum nudum, atque apertum uobis exhibeo, hominem nihil omnino de mundo haurientem, nihil meum prorsus, nihil proprium uolentem, sed omnia ad Deum patrem cogitantem, & referentem, cui ita credere debetis, ut mihi illius uerbo etiam credatis. Et rursum: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam querit, qui autem querit gloriam illius, qui misit eum, hic uerax est. Si nulla, inquit, esse potest doctrina præstantior, quam ista, qua ego hominem totum à mundo ad Deum retraho, & ipso illo authore Deo hoc me agentem, ac docentem uobis indicare confirmo, omnis in me plane est ueritas, & uerbum sum patris, qui non diuellor à patre, neque separor, nec me in memetipso ab illo disiunctum constituo, & me uobis finem ultimumq; propono. Id enim si ita esset, nec Dei ego amplius uerbum, neq; in me ueritas esset, & uobis hæc que prædicto, talia non prædicarem, meamque potius quererem, quam alterius gloriam. Sed si quis hæc, quæ demonstro patrem uelle, & petere à uobis, uoluerit experiendo cognoscere, & huius mea doctrina, atque uera gustum aliquem percipere, statim una is intelliget, hanc Dei ueram & doctrinam, & uoluntatem esse, ut nemo ad se quicquam, sed ad ipsum Deum referat omnia, seleq; unusquisq; à mundo abstrahat, & in Deo totum collocet, quod ego princeps & facio, & facturus sum, qui sum ad eam rem natus, atq; factus, ut uobis, & ipso mundo ab Deo uerbum sim, & sermo, & hortatio. Deo autem à mundo, & à uobis sim uictima, qui iustitiam ad uos, & uitam ex ore Dei affero: uitam, inquam, illam, quæ in Deo est optima, eademque immortalis. Ad patrem autem refero mundi, & carnis mortem, quam in me carne sum ipse interfecurus, ut uos in uoluntate uestra eandem perimitas. Animam enim meam deuoui ouibus meis, tantumq; abest ut quicquam proprie mihi appetam, ut me totum prouersus mundo dominem, atq; adeo ei à patre donatus sim, ut uitam pro his sanguinemq; effundam, qui ex mundo ad Deum uoluerint se transferre. Hec I E S V S & similia multa in populis illis expones, spiritualis uitæ ueram beatitudinem, & diuinitatem, naturamque suam docere illos nitebatur, qui tamen carnis impliciti illecebris, & mundi curis occupati uitam illam spiritus capere non tam nequistant, quam nobellant. Torpebant enim & pigabantur cōmouere se, & ex illis terrenis sordibus extollere, atq; ejicare, quæ illis consuetudine facta erant perquām stuues. Repugnabat uerbo Dei hominum illorum ambitio, obſitibat auraritia, aduersabatur uoluptas, & qui est angelus Sathanæ uolentissimus, liuor & malevolentia omnem in illis uitæ recte intelligenti, & iudicandi penitus corrumpebat, cum tamen morte post obitum à C H R I S T O Iesu, & cruce illo coelesti sanguine cruentata, impletōq; omni nostra redemptiōnis mysterio perfracti obices, & repagula Sathanæ deiecta sunt, uicitq; Dei sermo, & factus est I E S V S mortuus, quam ante mortem fuisset, multo potentior. Qui cum etiam tum uiuens prædicaret, & doceret Iudeisq; se credendum, noscendumq; offerret, nunquam eos tamen in eam animi aduersiōnem potuit inferre, ut attenderent, atque intelligerent, etiā ipse quoque sibi assumere uideretur diuinitatis honorem, nunquam eum tamen suam ullam omnino, sed tantum patris sui gloriam ab illis expetere. Quemadmodum pulcherrimis, & optimis de rebus oratio apte, commodeq;

pronunciata non suam ipsius, sed oratoris gloriam in animis eorum, qui audiunt, constituit. Hoc ipse indicat de se in Ioanne, ad Iudeos inquit: Non possum ego facere à me ipso quicquam, sicut audio, iudico, & iudicatio mea iusta est, quoniam non quaero voluntatem meam, sed voluntatem mittentis me patris. Et rursus alio loco: Ego ex me ipso locutus non sum, sed qui misit me pater, ipse mihi mandauit, quid dicere rem, & scio, quod mandatum eius vita aeterna est. Istud autem ipsum mandatum paucum supra expostum fuerat, granum frumenti in terra mortuū, multum fructum ferre. Et, qui amet animam suam in hoc mundo, in uitam aeternam eam perdere. Et, tollendam crucem, Christumque sequendum, & similia. Porro quoniam sermone alio, aut quo genere orationis commodius, & aptius ad homines loqui, & voluntatem suam expromere potuit Deus, quam C H R I S T O filio suo, qui cunctis fuit concilio patris ad se uocantis homines, & eos sibi in filios adoptare cupientis, cunctis fuit, inquam, non solum quod dixit, & fecit, sed illud ipsum quoque quod Deus, & homo extitit. Quia Deus, uim & maiestatem patris in seipso miraculis indicans, & voluntatem eius illis miris, & insolitis operibus enuncians. Quia homo, in contraria omnino parte mundo sele, & mundanis omnibus affectibus confituens, ludibriac & avarias, & crucem, & mortem sponte perferens, ut cunctis fieret palam, iam non per ambagies obscure dictorum, nec per uisa dormientium, sed per gesta, mores, uitamque I E S V Christi eos, qui ad diuinitatis praemium uelint peruenire, à mundi spe, ac fiducia oportere esse remotos. Hoc diuinæ doctrinae pulcherrimum & maximū documentum, hanc summā ueritatis uim exemplo unius in carne hominis, in potestate Dei mundo toti exhibitam, & demonstratam, Maumethanæ legis sectatores, qui C H R I S T V M aliquin miris laudibus extollunt, ut cum quasi intueri, atque agnoscere uelle uideantur, nescio quo pacto mox hallucinati aspernantur, atque illudunt quā dedecorum putant esse C H R I S T O, si is raptus ad mortem, & in cruce actus sit, mundani homines nimurum, nilque nisi terrenum, & carneum meditantes, ut qui inspicere non potuerint, qua sit gloria spiritualis uiri, quamque contraria existimationibus humanis. Sed illi quidem ita contagionibus mundi infecti, immersi penitus sunt, ut uideatur noua lex illis reperita, qua eos non ab ignorantia tenebris extractos ad ueritatis lucem excitaret: sed qua ultiro omne in illis lumen, omnem aciem spiritus hebetaret, atque extingueret, penitusque eos in corpore, atque in corporeis cogitationibus infigeret, qua primum eos ad Iudaicas redigit obseruantias, ut spem non minimam salutis in illis ponant: deinde nullam artium liberalium, atque optime marum magnopere illis consecrandam proponit: postremo ea illis præmia certa uitæ in celo dat, quae sunt in hac quoq; uita modestis, & probis, & sapientibus hominibus turpia. Sed uides mi frater, dum de iustificatione legis, & fidei loquimur, quam multa simus de C H R I S T I fidei persecuti, per quā solam iustificari homines apud Deum afferimus. E T I L L E : Hodferno die, mi frater, inquit, omnis mihi ignorantie caligo penitus ex animo discuffa est, egoque & diei, & luci restitutus sum. Nunc enim lucent mihi plane in animo fidei nostra mysterii, quæ ante perobscura esse uidebantur, cum quod credendum erat, facile id quidem, & incunctanter crederem, submittentemque me & sanctorum patrum doctrinas, & sancta Ecclesia catholicae decretis; hodie uero primum quod noscendum etiam de illis fuit, Dei beneficio, ut noscam sum consecutus. Itaque quod solebat crebro usurpari in disputationibus æqualium meorum, cum sic obijceretur, cur tanto tempore post C H R I S T V S ad seruandum hominum genus uenit? quid ita tantum ante se seculorum passus est sine cognitione ueritatis præterire? ei ego dubitationi nunc facilime respondam, eos quicunque hanc uitæ sectam omni tempore secuti sunt, ut mundum, & mundi commoda, præ celestibus commodis nihil fecerint, sumnumque in ipso Deo præmium sibi constituerint, per fidem illos C H R I S T I cum Deo coniunctos fuisse: hoc enim est ipsum fidei mysterium, qui C H R I S T V S est, cuius uis tota in hac inductione animi, sentientiac consitit, ut ab uno Deo præmia in celo nostra expectemus, bona autem & blandicias mundi negligamus, & tamen quod ad personam C H R I S T I attinet, qui eius tantum hoc mysterium diuino munere habuerunt

buerunt cognitum, illis eadem bonitas Dei authorē, & caput mysterij profectō indicasse credenda est, ut uel uenturum spiritu antè prospicerent, uel postea quā uenisset, etiam inauditum intelligerent, si qui extitere uipiam, hodieque existunt, ad quos hoc nondum sanctissimum C H R I S T I nomen famaq; peruerterit. I A M I L L V D, inquam, Iuli intelligere te quoq; puto, quemadmodum homines, qui prius generati mundo sunt, ex Deo rursus renascatur, & repudiato patre mundo, filij Dei hant, hoc est illud ipsum mysterium, quod C H R I S T V S est; qui quā homo extitit, princeps in nomen & genus summi Dei adoptione est vocatus. Quatenus autem fuit, estq; mysterium, in illo cuncti, & per illud honorem consequimur eundem, ut adoptati a summo Deo, & filii eius effecti, dī ipsi quoq; iure appellemur. Atq; hæc est generatio populi Dei, quæ non ex Iudaïs, neq; ex semine Abraham carnali illo, & coi poreo, sed ex semine fidei, quæ in Abram patre nostro principio eluxit, & in proprio uerbo Dei, & ipso fidei mysterio, quod fuit i s v s Christus, ornandis & frequētandis coeli regionibus diuinitus est procreata: de qua, tametsi ipsum C H R I S T I mysterium omnibus ante seculis occultum extitit, ut nemini prophetarum, ac patriarcharum, sed ne angelorum quidem cuiquam Dei de C H R I S T O perspicue fuerit patefactum, ipsa tamen noua prolis creatio, & sanctioris populi constitutio, ac nouæ urbis Hierusalem ædificatio antiquis ab Deo pluribus est demonstrata. Quid enim est, quod sic loquitur David: Et anima mea illi uiuet, & semen meum seruiet ipsi, annunciatib; domino generatio uentura, & annunciatib; cœli iustitia eius populo, qui nascetur, quæ fecit dominus. Et in Esaia Deus: Alienigenis, inquit, qui apprehendent foedus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius, quam filijs, & filiabus, nomen sempiternum dabo illis, quod non peribit. Non ne & populo, quem dominus facturus erat, cum diu quidem antea populus Iudeorū esset factus, & alienigenis, qui foedus domini apprehensuri erant, hoc est planè nō Iudaïs, nomen melius multo ab summo Deo promittebatur spiritualibus filiis uidelicit, q; filii terrenis, atq; carnalibus, quod idem est, atq; Iudaïs: Quid de ipso C H R I S T O Esaías, quam aperte, quamque perspicue, ut uideatur penè id ipsum intueri mysterium, quod nos occultum fuisse dicimus, cum sic inducit loquentem Deum: Ego suscitaui eum in iustitia, & omnes uias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittit, non precio, nec munere. Et rursus uim innuens futuri mysterii: Conuertit, inquit, Deus sapientes retrofum, & scientiam eorum stultam facit, suscitat uerbū serui sui, & consilium angelorū complet. Vel, cum de nouo populo prædictit: Ambulare faciat cacos per uitam, quam non nouerunt, per semitas, quas non cognoverunt, calcare faciat eos, ponat tenebras ante eos in lucem, & praua in rectū. Nam quid obsecro erat ignotius, quid magis deuictum ab itinere publico, quam hasce inire uitæ semitas, que nobis à C H R I S T O Iesu monstrata sunt: quas nisi princeps ipse præaeundo indicasset, & omnibus impedimentis, obicitibusque præseptis progressu ipse suo purgasset, atque aperuisset, nemini eas non modo ingredi, sed ne diffidere quidem fuisset licet. I T A B E S T, inquit, fed quælo mi frater, quidnam clarus essem iam potest, aut mysterio fidei, eiusque effectu, & operatione inter gentes, aut propheta trarū uaticinij ista ipsa amunciantibus: cum præsertim omnes ferè, qui à spiritu sancto prædicti uenturum seculum cognoverūt, cum denunciarent populo Israëlitico, Iudaicoque excidium, urbi Hierusalem uastitatem, & ruinam, solitudinem regioni, internicionem propè Hebræorū filiis, filiorumque parentibus, repente post innumerabilles illas facturas, & calamitates, tanquam mutato choro concinant corridentem, restituentemque omnia, & ad seculum beatius transferentem Deum, ut facile appareat hominibus non tardissimis reiecto carnali populo, alium à Deo spiritualem populū institui, quo cum foedus sempiternum futurum Domino sit. R E C T E, inquam, loqueris Iuli, sed quando, quoad est nobis à Deo traditū fidei, C H R I S T I mysterium satis aperiūmus, cuius cognitio, sicut ipsa re experiri ad. intelligenda Pauli sensa, que nimis interdum retrula, absconditac uidentur, mirum quantum profutura sit, uideamus nunc, de quo ante fuit dubitatum, quid in se momenti, aut necessitatibus ad salutem consequendam baptismus habeat. Sic enim, si memoria tenes, disputabamus, non uideri

non uideri nobis iure derogari circuncisioni ipsi illi uidelicet, quæ in præputio carnis usurpabatur, cum in eo ligno, & uelut indicio sua professionis ludati spem poneant, quando eandem nos uim ad amicitiam cum Deo, & ad salutem acquirendam in baptismo nostro, quod item signum externum est, constitutus, de quo dicitur est, baptisimus eum, qui ex aqua, & christmate sacro fiat, non esse omnino necessarium ad fidei iustitiam, & tamen quodam modo necessariu[m] est. Nam cum sit baptisimus professio eius sc̄ta, quam sequi uolumus, & earum rerū, quas Deo promittimus, quasi pacio quedam ore enunciata, ac prolata, & coram Ecclesia, cœtuq[ue] fidelium testifica ta, per quam testificationem membrum Ecclesia, quæ corpus C H R I S T I est, efficiuntur, quod omnes in unum corpus, ut ait Paulus, baptizamur, si incidat casus, & tempus ciuiusmodi, ut recepto, & credito C H R I S T I mysterio id ipsum statim facias, & opere usurpemus, protinusq[ue] mundum re ipsa, per alienam uim dimittamus, ad eum finem utique, ut Deum, & promissiones Dei assequamur, salutē absq[ue] hoc baptismo sine dubio inuenimus, sicut inuenit eam ille latro, qui pendet C H R I S T O in cruce, pendens ipsa adhaesit. Quid enim erat opus illi, ut p[ro]fiteretur C H R I S T O in sequi uelle, quæ euera sequebatur? & mundum uelle dimittere, quem tum maxime dimittebat? Quo in supplicio crucis, eti[am] legibus mortem subire, ac ferre in corpore cogebatur, animi tamen liber, ipsum illum animum, quem in potestate habebat, ad præbendum se C H R I S T O comitem applicabat, propterea eaq[ue] absque aqua in sanguine, & spiritu est baptizatus. Quod item compluribus postea contingere potuit, quemadmodum de Emericiana uirgine, & Adacto martyre monumentis est proditum, & si qui alij eiusmodi, quos in ipsa agnitione C H R I S T I, & fidei mysteriū, quod intellexerant, opere statim implentes, atq[ue] ut C H R I S T O cōiuncti essent, mundum, atq[ue] uitam prompto animo relinquentes, nullo alio accepto baptismo, preter hunc spiritualem, & intellīnum, quo nullus tamen sanctior est, ipsa Lei benignitas in gremio sua immortalitat[is] exceptit. At qui post agnitionem mysteriū, spatum habuerunt & cōmodum sanctissimo hoc baptismi lauacro se abluerunt, & in eo profundi, quales ipsi erga Deum esse uellent, & quo pacto harere illi, mundumq[ue] renuntiare præparent, si facere id neglexerunt, salutem quoque hi suam, & fidem ipsam eam, quam suscepserant, prodidisse sunt existimandi, aut enim, qui si faciunt, per superbiam, contumaciamq[ue] contemnunt, aut agunt profecto perfidiose, qui cum fide C H R I S T O dedere uelle simulauerint, editionem ipsam uerbis concipere, & confiteri palam non audent, neq[ue] Deo se per baptisimum, tanquam per syngrapham obligare. Ad hanc accedit, quod si mysterium intellexerunt, dum ipsi mysterij iudicia, testimoniaq[ue] nō usurpant, exemplo ceteris officiunt, neque ipsi ad corpus Ecclesia, & C H R I S T I se adiungunt, quod per hoc sacramentum portulūm in unitate continentur, si non intellexerunt, ne illi quidem signis, & ceremonijs doceri curant, & admoneri, ut per corpor eos eiūmodi ritus, ad spiritualem cognitionem perueniant. Quapropter sancte, & uere ab Apostolo est dictum, Corde credi ad iustitiam, ore autem confessionem fieri ad salutem. Quippe cum fides cordis sit, quæ Deo præcipue grata homines sola credentes iustificet apud eundem Deum, oris autem confessio & fidem illam cordis comprobet, & iustitiam conferuet fidei, ex qua est nobis uera ex Deo uita: quæ quidem confessio nisi suscipiat, quasi pudendum nobis mysterium esse uideatur, quod gloriatione dignissimum est. Itaq[ue] ab eodem Paulo peropportune est adiectum scripturæ testimonium, sic dicentis, Quod omnis, qui credit in illum, non confundetur. De quo & dominus in Evangelio: Qui me negauerit coram hominibus, negabo eū & ego coram Deo, inquit. Atq[ue] eadem ista in lege veteri, de circumcisione potuisse duci, quam Moyses de populi illius duritate, peruicaciōnē expostus lans, Israélitas, ut eam in corde coram Deo adhíberent, flagitabat. Et Hieremias populum monebat, ut circumcisus esset præputiū cordis coram Deo, quod spiritualis circumcision illi, quæ in carne erat, circumcisioni & ueritate, & honore apud Deum antece debat, & tamen illam ipsam carnalem circumcisionē pretermittere non erat fas, nisi q[ue] post inuestigat fidei lumen circumcisionē per baptisimum sublata est. Baptisimus autem ut qui ad summum iam, absolutumq[ue] peruenierit, factus est sempiternus, iam de operibus

ribus mi frater, quæ aspernantur hæretici, nec ea ullius esse ad salutem momenti dicunt, quam illi salutem una in fide uolunt esse positam, non ne sublata quæstio omnis est: cum si fidei uirtus, & ipsum mysterium intelligatur, nullis cum operibus malis queat fides cohædere, de illis operibus loquor, quæ ex constituto fiunt, & ab animo prauo, maloq[ue] sunt profecta. Nam quin lapsi, & titubatione aliquando possit fidelis offendere, nos nihil contrā dicimus: habitus, propositum, deliberatio que delinq[ue]ndi a uera fide remotissima sunt. Quo enim pacto reliquit mundum, & ad Deum se contulit is, qui nihil feciis mundi uoluptates, & commoda omnia uenat: & quod cupiditatis suis queat suppeditare, ira, auaritiaq[ue], & ipsi deferuit ambitionis: Ac nulla quidem tanta non modo est, sed ne esse quidem potest peccatis, inmnitasq[ue] uitiorum, nullus tantus acerius scelerum, tam profligata, & perdita in omni flagitorum genere uoluntas, qua simul ac per fidem C H R I S T I adiunxit se ad Deum, & mundum pra illius amore studioq[ue] repulerit, ipsiq[ue] se Deo totam traxiderit, atque permisit, non statim ea, atque euestigio deletis omnibus maculis illis ulceribusq[ue] peccati, pura mundusq[ue] resplendat, & nouæ fidei aduentu sanctificata, illam cœlestem induat iustitiam, per quam ad Deum proxime bonitate accedat, qua iam hausta uirtute, & tanto illo munere diuinæ liberalitatis accepto, quis non intelligat, nihil iam fore illi in cuncta uita propositum, nisi ut Deum imitando omnia omnibus bona faciat semper, & dicat, ab omni semper iniuria, & ab omni terrena, ac sordida abstineat cupiditate, aliorum animo æquo iniurias perferat, nihil omnino extraordinarium appetat, fatuos, atque honestos uelit esse omnes, etiam inimicos, cum nemine lit, nec alterationibus contendat. Quod qui mundum nihili pendunt, his ista, qua diximus, non solum facilia factu, uerum etiam sua via, & iucunda sunt, & cum fide erga Deum ita coniuncta, ut diuelli non possint. Tu vero qui tantum tribus fidei, ut nihil operibus bonis habendum honoris in uita, & salute adipiscenda putas, amabo de qua fide istud sentis: Nam cum ista quidem, quæ per I E S V M C H R I S T V M in unum Deum fides est, non potest oratio tua conuenire, siquidem illa cordis fides est, neque solum credit Deo, uerum etiam uni illi ipsi confidit, ex quo sequitur omnium humanorum bonorum contemptio. Tu cum te dicis credere, & hoc uno uero sic niteris, ut totum in eo, quantumcumq[ue] est, quod pertinet ad salutem, ponendum esse confirmes, confidas autem mundo, cui rei indicio est oratio, uita, mores denique reliqui tui, tum tanquam omni munere perfunctus, quod Deo, & fidei in Deum debitum sit, erumpas iam liber in omne genus flagitorum: nihiliq[ue] turpe ducas, quod libidini tuæ placitum sit: in mundum te totum ingurgites, & cunctis, qui tibi non assentiuntur, contumelias dicas, fortunas aliorum direptum eas, matrimonij nefarijs illigere, seruias iracundia, uiolentia, intemperantia, atque ex his lustris egredius sic demum eructes uerbum fidei, ut ex ea pendere una salutis spem constitutas, nec bonis operibus, & moribus tribuendum esse quicquam apud Deum disputes: Quid tam absurdum esse, aut tam abhorrens à uero potest: Quemadmodum porrò Paulum attendis, cuius te dicitas & nomen sequi, & autoritatem: Non n[on] ē palam, & diserte ponit homines per fidem C H R I S T I iustificari, & ea quidem illos insigniri iustitia, quæ maior omni humana uirtute sit, ut fidei, iustitiaeq[ue] appareat unum, atque eundem esse constrictum sempiterni uiuculo fœderis consensum. Porrò iustitia sine operibus bonis esse quæ potest: Nam & alio loco Paulus, Dei sumus effectio, inquit, conditi in Christo I E S V in operibus bonis, quibus præparauit Deus, ut in eis ambularemus. Nos uero dicamus, quod sicut fides adueniens uetera omnia crimina delet, atque diluit, unaq[ue] satis est ad obtinendam gratiam summi Dei, sic fidem ipsam, posteaquam aduenit, hominis nemiq[ue] cum Deo coniunxit se, non posse eam deinde cum moribus malis cohædere, propter eam causam quidem, quod nec fides sine iustitia est, & prauo agendo, recteque loquendo, non est credere id Deo, sed simulare. Ita aut iustitiam etiam non es adeptus, si fidem uerbis tantum, & non corde comprehendisti, aut si eam corde, statim etiam iustitia fidem consecuta est. Porrò oris confessio sic ualeat ad salutem, si cordis credulitas proficerit ad iustitiam. Verum de his haec tenus: non enim cognito iam fidei mysterio

mysterio ulla uel minima dubitatio in his rebus amplius potest residere. Nos Deum potius precemur, horum ut hominum metes, in eum sensum inducat, ut fidem, quam verbis profidentur, moribus, & iustitia teneant, dignitas ab eodem efficiantur, quorum ad reprimendas aliorum immoderatas cupiditates, plus etiam exempli, & auctoritatis uita, quam persuasionis habeat oratio. P R E C E M V R sane Iulius inquit, etenim Christianum hoc imprimit & nostrum est, atque illi iustitia, quae ex fide existit, maxime consentanea. N V N C R E D E A M V S ad Apostoli uerba: Longo quidem interullo, sed tamen non sine magna, & necessaria ratione illa est a nobis facta digressio. Exposuimus enim, & demonstrauimus, id quod necesse imprimitur, quemadmodum nemo hominum apud Deum, nisi per fidem C H R I S T I possit iustificari. sic enim loquitur Paulus: Nunc seorsum a lege iustitia Dei manifesta facta est, testificata ab lege, & a prophetis. Legem hic appellans ueterem scripturam totam, in qua ubiq; eluent testimonium aduentus C H R I S T I, & noui illius populi, qui in fide & iustitia cum Deo coniunctus, & sempiterno foderare cum eo copulatus futurus erat. Iustitia, inquit, Dei per fidem I E S V Christi, in omnes, & super omnes credentes, ex quibus uerbis patet, non eos tantum, qui se dicunt credere, sed qui sic crediderunt, ut iustitiam fidei adipiscerentur, illos I E S V Christi uere fideles esse. Atque ut comprimat semper Iudaorum insolentiam, qui agre admodum ferelbant alios, qui extra legem essent, fieri secum socios eiusdem a Deo munieris & gratiae, quasi quibus lex data ante esset, his solis deberetur & gratia, prosequitur Paulus, Non enim, inquietus, est distinctio. At quid ita non est? aut cur Iudeus non anteponatur Graeco? Quia omnes, inquit, peccauerunt, & egent gloria Dei, ut iustificantur gratis ipsius gratia. Quia omnes, inquit, in causa pari sunt, ut nullum a se afferat, quipiam discrimen meriti, sed apud Deum unusquisque peccando offendit. Egent ergo omnes clementia, & benignitate summi Dei, cuius exercitatio in Deo sic etiam gloriose est, quam in benemeritos sua præmia dispergit. Nunc enim totum quicquid est uirtutis, atq; boni, quod per fidem assequimur, totum, inquam, ex Deo est, & ex diuis illius iustitiae, bonitatis, thesauris, cuius si effemus nos aliqua ex parte nobis ipsis authores, quantum esset illud, quod ex nobis præberemus, tantum esset de Dei gloria, munificentiae detracitum. Iustificamur igitur omnes per fidem, sola illius gratia, hoc est, nullo nostro merito eiuscemodi, ut illud donum nobis a Deo debitum esse uidetur. At quo pacto iustificamur? quo pacto etiam si in posterum efficiamur iusti, ueteres tamen culpas, maculasque deponimus? per redempcionem, inquit, quae in Christo I E S V. Nam Christus I E S V cum sine peccato uillo esset, & tanquam peccator nihilominus morte esset multatus, compensatio huiuscmodi facta est, ut uetus peccatum nobis non debeat amplius exprobari. Si enim permisum est, ut qui non peccauit, plesteretur, cur non permittatur, ut qui peccauit, a pena sit liberatus? confusum enim, & perturbatum iam est mortis iudicium. Mortuus porro est I E S V S, non suis peccatis, sed nostris, quam mortem ipse sponte suscepit, ut placato per suos dolores & cruciatus Deo, nos mortem comitem peccati effugeremus. Quid autem iste I E S V S quemadmodum hoc effecit, aut qua ratione in hanc mentem est illapsus, ut tantum amor erga nos, & pro nobis studij, curæque susciperet? Quoniam, inquit, hunc Deus proposuit placementum per fidem in ipsius sanguine, Deus ipse met, inquit, non solum gratiam, & amicitiam suam instituit nobis largiri, sed per quod etiam illam mereremur, adiecit. Dedit enim nobis filium suum, a quo ipse placaretur, & omni ueterum nostrarum iniuriarum memoria deleta, humano generi, per eum reconciliaretur, quod nulla per nos ratione potuit effici. Quisquis enim nostrum, mortem illam suscepisset, licet pro omnibus unus se deuouisset, id est optimo animo, piacque uoluntate; tamen ex infecto genere oriundus uix suam ille culpam, nedum salutem aliorum redimere potuisse. Atque in hoc maxime effulget magnitudo, & maiestas, & gloria summi Dei, qui totum expleuit nobis beneficium suum. Nec se solum placabile, sed hostiam etiam, qua placaretur exhibuit, ut quo meriti minus nostra a parte esset, hoc magis clementiam, & bonitatem, & iustitiam illius deuotaremus. Sed licet nihil ex nobis sit dignum, nihil uim aut rationem ullam meriti continens, tamen aliquid

aliquid a nobis proficiscatur necesse est, in quo confidat Dei gratia, & iustitia, id porro non est operis, sed bona duntaxat erga Deum voluntatis, qua solam per fidem C H R I S T I contingere nobis potest. Fides enim est quæ confidit, & totam se committit Deo, quod tum fit, cum & in futurum Deo placere instituimus, & de præterita confidimus omnem ex pristinis nostris sceleribus offensionem in illa diuina mente penitus esse deletam, atq; horum utrunc; per fidem in Christo I E S V assequimur, & disciplinam uidelicet agendæ ex Dei uoluntate, ac imitatione uitæ, & redemptionem iandui meritæ per nos propter peccata nostra mortis. Quorum utrunque in sanguine C H R I S T I nobis representantur est, quod etiam ipsum subtilius est uideendum, quemadmodum sanguis C H R I S T I peccata nostra abluerit. Ac primum legem Moysis ita iubere cognouiimus, ut sanguine semper aliquo peccata expientur, cui oportuit legi satisficeri, qua de re in epistola ad Hebraeos copiose est scriptum. Sub ea enim legi dum uoluit nasci C H R I S T V S, illud quoq; ex lege facere constituit, ut quos liberare redimere, & uolebat, pro his suum ipse sanguinem effunderet; suum autem, ob eam rem, ut non breuem illis, & cito interituram, sed æternam, & stabilem redemtionem inueniret. Nam sanguis victimarum, qui pro commissso, & perpetrato delicto fundebatur, susceptam quidem antea maculam abluebat, non era autem futura integratitatis, & innocentia sponsor. Itaque ad easdem sepe numero victimas, & ad easdem sacrificia erat revertendum. Sanguis uero C H R I S T I quod ad peccata uetera attinuit, legis, & sacrificij propriam expiationem fecit, quod ad uentura autem, maiore etiam mysterio omniu[m] humanum genus est complexus. Etenim gentes exteræ, quæ lege non tenebantur, & illam forsan uim purgandi & expiandi per cruentum victimarum factam non intelligebant, hoc certe documento instruxæ, eruditæque sunt, quod mors illa C H R I S T I, illa crux, illæ sanguis coelestis, doctrina omnibus nobis extitit, quemadmodum uitam nos quoq; & mortem ab illecebris mundi penitus disuertit, & in deo fixam decurrere debemus. Itaque tum per fidem in C H R I S T I sanguine Deum nobis conciliamus, si in illo sanguine, illæque C H R I S T I morte nos etiam assensione animi, uoluntateque conmoriamus, id est, si mundi, & uitæ huius blandimentis pro nihilo habitis bonorum omnium summam in Deo constituamus. Qui enim sic agunt, atque constituant, illi cum C H R I S T O peccatis mortui sunt, & ad fructum æternæ uitæ cum eodem postea suscitati. In illo igitur sanguine, Christi morte, cum fides tota nostra, tum Dei reconciliatio, & pax nobiscum facta consistit. Sequitur autem: In demonstrationem iustitiae suæ, ex remissione præteriorum peccatorum in tolerancia Dei. Proposuit, inquit, I E S V M placamentum Deus, in cuius sanguine ipse per fidem placaretur, ut demonstraret iustitiam suam, & summam immensitatem bonitatem, per quam remisit peccata, qua diu tolerauerat. Illa enim bonitas, illa longanimitas omnipotentis Dei in hoc quoq; semper apparuit, quod pertulit, & sustinuit eos, qui peccauerunt: sustinuit autem, non ut eos gratius pleceret, sed ut anfam & occasionem ignoscendi in illis inueniret. Huius porro perpetua Dei uoluntatis, & clementiae fides fuit I E S V S, in quo etiam antiquis, & diu ante mortuis patribus, qui non in mundo omnia sua defixerant, sed ad Deum bonam partem cogitationum suarum dir exerant, redemptio est facta. Et quoniam hoc est Pauli nationem aliquando integrum, & Ecclesiam C H R I S T I, & genus hominum interdum uniuersum perinde atatum gradibus diuidere, ac dispertere, ac si de singulari homine loqueretur, mundiæ atates, & tempora atatus hominis accommodare: sic nunc in isto loco de humano genere toto perinde, ut de homine uno loquens, humanitatè, & tolerantiam, & bonitatem summi Dei, quam ipse fermè iustitiam appellat, qua de re satis alijs locis est dictum, quam in singulis hominibus adhibet Deus, ut eorum peccata diu, multumque toleret, expectetque occasionem ignoscendi, atq; parceret, eandem ipsam clementiam, & bonitatem in humano genere toto adhibuit, cuius cum tot seculorum pertulisset peccata, quo tempore maxime illa percreuerant, ad summumque peruererant, praedit illæ tandem patientiam suam. Verum ita præcidit, ut humanum genus, quod propter delictorum, & scelerum magnitudinem summo supplicio afficeret debebat, summo sibi expiatet, vincireque beneficio. Atq; hoc est dignum Dei natura, & beneficentia,